This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.


+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



DE
PATENA ARGENTEA
FOROCORNELIENSI

DE PATENA ARGENTEA FOROCORNELIENSI,

OLIM (UT FERTUR)

S. PETRI CHRYSOLOGI,

DISSERTATIO.

Cujus occaſione nonnulla diſſeruntur de SS. Euchariſtia; de Vaſis ad ipſam ſpectantibus, præcipuè de Calicibus; & de Imagine Boni Paſtoris in eis inſculpi ſolita; item de Monogrammate Chriſti, Chriſtianorum Sepulchris appoſito, contra Jacobum ac Samuelem Baſnagios.

NEAPOLI. MDCCXLV.

Superiorum Permiſſu.

110. j. 370.

APOLOGIA AUCTORIS
EX DN. JOAN. CADINALI BONA PRÆFAT. DE DIVINA PSALMODIA.

TEXUNT PLERIQUE LIBROS,
SICUT SERTA EX VARIIS FLORIBUS,
MIRANTURQUE
NOVAS FRONDES,
ET NON SUA POMA.
PAUCI POSSUNT
CUM MANILIO DICERE:
NOSTRA LOQUOR
NULLI VATUM DEBEBIMUS ORSA;
NEC FURTUM, SED OPUS VENIET.
VIX ENIM FIERI POTEST,
UT QUIS ERUDITUM ALIQUOD
ARGUMENTUM
PERTRACTET,
QUIN VEL INVITUS
E VETERUM MONUMENTIS
PLURA TRANSCRIBAT.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

JO: BAPTISTÆ SPINULA

S.R.E. AMPLISSIMO CARDINALI

SEBASTIANUS PAULI

Congreg. Matris Dei.

DUm *Homiliarum S. Petri Chryſologi Archiepiſcopi Ravennatis edi-*

tionem adornarem ; & in id quantus ſum, totus eſſem, ut cum accuratioribus vel impreſſis, vel manuſcriptis Codicibus recenſita, notis item aucta, emendatior, & elegantior prodiret, Diſſertatio haec, jam ad umbilicum perducta, haerebat in ſpongiam. Urgebant interim Amicorum nonnulli, ut eam in lucem emitterem, veluti totius operis vadem. Humaniſſimis eorum votis nolens annui: eâ potiſſimum ratione, ut inde occaſionem arriperem, literatos admonendi viros; ut ſi quae in eorum Bi-

bliothe-

bliothecarum pluteis, *D. Chry-ſologum ſpectantia*, *deliteſce-rent*, *ea mecum pro ſua unuſ-quiſque benignitate communi-carent*, *ut ejuſmodi S. Patris opus*, *Amicorum collatis ſim-bolis*, *illuſtrius evaderet*. *En igitur edendae Diſſertationis cauſa*: *quam*, *qualiſcumque ea tandem fuerit*, *Tibi* EMI-NENTISSIME PRINCEPS, *ſiſtere*, *&* *nuncupare in ani-mum ſtatim induxi*: *ut ea multa*, *quae tuae benignitati*, *&* *propenſae in me voluntati debere*, *in Amicorum auribus profiteor*; *ea tandem aliquan-*

do,

do , iis omnibus ; quibus noſtra haec legere libuerit, publico teſtimonio praedicarem : Pronum nunc eſſet in Tuas laudes excurrere ; ac potiſſimùm maximarum rerum uſum ; proindeque toties adminiſtratam rempublicam ; ſacras leges ſartas tectaſque ſervatas ; res domi , foriſque optime geſtas ; obita pro Chriſti Eccleſia munera , ſuſceptoſque labores , recenſere ; ita tamen , ut jam longe omnibus pateat , ampliſſimam dignitatem , non ſpontè oblatam , ſed per omnes meritorum acceſſiones ſtrenue quaeſi-

tam, Tibi obveniſſe. Quas nec cunctis obvias, eximiaſque dotes benigna morum ſuavitas, ac facilis illa, mitiſque comitas, quâ omnibus ſatisfacere videris, ſupra modum cumulant, adornantque. Sed id pro dignitate praeſtare, nec mea tenuitas poſſet, nec Tua pateretur modeſtia: cui ſanè amariſſimum poculum Tuis laudibus propinarem. Et ſicuti, quamvis plura de Te loquerer, ſemper aliquid juſto minus dixiſſe redarguerer, id tamen licet minus, averſis oculis inſpiceres. Satius ergo duxi ab iis abſti-

nere,

vere, animo fidens hâc ſaltem ratione, opuſculum hoc, ipſo ineunte anno, quem Tibi auſpicatiſſimum opto, loco ſtrenarum EMINENTIAE TUAE *exhibitum gratius, acceptiuſque fore. Haec me ſpes una ſolatur. Deus interim O. M. Eccleſiae ſuae bono diu Te ſoſpitem ſervet, diuturnamque Tibi vitam largiatur.*

Dabam è noſtro Collegio Neapolitano
S. Brigittæ Kal. Jan. MDCCXLV.

QUIN-

QUINTINUS RONCAGLIA

Congregationis Mater Dei

Rector Generalis.

CUm Opus cui Titulus *De Patena Argentea Forocornelienſi*, *&c.* a Sebaſtiano Pauli Noſtræ Congregationis Sacerdote, & Neapolitanæ Domus Sanctæ Brigittæ Rectore conſcriptum, duo è Noſtris Patribus, quibus id commiſimus, examinaverint, & in lucem edi poſſe cenſuerint: Nos ad id facultatem concedimus: Si ita iis, ad quos ſpectat, videbitur. Et in fidem, &c.

Datum in Noſtra Domo Sanctæ Brigittæ die 20. Decembris 1744.

QUINTINUS RONCAGLIA R. G.

Joannes Philippus Marchio Secretarius.

S.R.M.

S. R. M.

MAndatis Veſtræ S. M. humiliter obtemperans, legi Librum, cui Titulus: *De Patena Argentea*, *&c*. Opuſque ſuo ſat celebris Auctoris nomine commendatum, publicis Typis edi poſſe cenſeo. In eo enim, ab omni labe leſæ Regiæ Jurisdictionis immune, admirari quis poterit uberrimam dicendi copiam, penitioris Eccleſiaſticæ eruditionis peritiam, hæreſes quandoque non leniter vellicatas, plurimis Auctoribus lumen additum, aliaque multa, quæ eum luce digniſſimum faciunt: dummodo S. R. Majeſtatis Veſtræ accedat aſſenſus. Dabam Neapoli die 10. Januarii 1745.

S. R. M.

Addictiſs. Obſequentiſs. Humillimuſque
Famulus
Marcellus Papinianus Cuſanus
Primarius Anteceſſor.

EMI-

EMINENTISS. PRINCEPS.

TUis obtemperans juſſis Librum Clariſſimi, ac Eruditiſſimi Viri P. Sebaſtiani Pauli, qui inſcribitur *De Patena Argentea Forocornelienſi*, *&c.* accurate admodum evolvi, & diligentius perquiſivi: nec ullam in tot erutis Eccleſiaſticis monumentis labem offendi, quæ aut fidei dogmata, aut morum nitorem inficere poſſit, vel labefactare; imo maximam ſum admiratus inſignis Auctoris dexteritatem, qui arrepta occaſione argumenti, quod tractat pro aſſerenda reali Jeſu Chriſti præſentia in Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, ac propugnando Sacrarum Imaginum Cultu, tam ſolide, atque egregie heterodoxorum eludit ſomnia, ac diſcutit captiones, ut ad hæc convellenda, vel etiam infirmanda nullus jam iis relictus ſit dubitandi locus. Ea propter committendum quamprimum Typis literarum, ſi idem quoque Eminentiæ

Tuæ

Tuæ probet auctoritas, publico bono censebam. Neapoli Kalendis Februarii MDCCXLV.

EM. TUÆ

Addictiſs. Obſequentiſs. Famulus
Cyrus de Alteriis

EX Sacris Cimeliis, quæ Forocornelienſi Eccleſiæ dono dediſſe fertur S. *Petrus Chryſologus*, ejuſdem Urbis Civis, & Ravennatûm Antiſtes, una tantum argentea *Patena*, temporum injurias, Barbarorum depopulationes, & latronum manus emenſa, ſupereſt adhuc. Fidelium ad eam feſtinantium pietate celebris, & copiâ miraculorum illuſtris; cum aqua per eam demiſſa, pièque hauſta, rabidi canis morſus ſanet, peſtilenteſque febres, poſtquam, medicorum artem eluſerint, mirabiliter arceat. De ea nunc diſſertationem inſtituo: quam, ne in dicendis aliqua confuſio ſuboriatur, ſed ſermo potius congruo diviſus ordine clarior procedat, per ſequentia capita partiendam duxi.

I. Unde nomen Patenæ Veteres deduxerint, inquiremus.

II. Inde earum formam,

III. Uſum,

IV. Ac materiam;

V. Picturas, quibus ipſas inſignire conſueverunt.

VI. Inſcriptiones item,

VII. Benedictiones pro eis initiandis ab Eccleſia inſtitutas;

VIII. Quidve in Sacris Myſteriis myſtice deſignent.

IX. Poſtremum reverentiam primis, & ſequioribus Sæculis ab Fidelibus Patenis exhibitam.

Quibus perſpectis, nil aliud oportere crediderim, ut noſtrum hoc Eccleſiaſticæ antiquitatis monumentum cujus èctypum duplo minus ſuo originali damus *in Tabula* 1. pleniorem lucem accipiat. Hæc autem præſtituro, quædam ab aliis jam dicta repetere opus erit: ipsâ cogente narrandarum rerum naturâ, quæ niſi optimorum hominum auctoritate fulciantur, ægrè admodum fidem obtinent. Quandòque tamen aliam, non tritam ab aliis, conabor inire viam; ne videar proſequi non poſſe, niſi quò eundum ſit aliena veſtigia demonſtrent.

Antequam vero manum operi admoveam, pauca quædam in anteceſ-

ſum


TIS PRIMI PR

V. Picturas, quibus ipſas inſig
conſueverunt.

VI. Inſcriptiones item,

VII. Benedictiones pro eis init
dis ab Eccleſia inſtitutas;

VIII. Quidve in Sacris Myſt
myſtice deſignent.

IX. Poſtremum reverentiam pri
& ſequioribus Sæculis ab Fidelibus
tenis exhibitam.

Quibus perſpectis, nil aliud o
tere crediderim, ut noſtrum hoc
cleſiaſticæ antiquitatis monumen
cujus ectypum duplo minus ſuo
ginali damus *in Tabula* I. plenio
lucem accipiat. Hæc autem præſt
ro, quædam ab aliis jam dicta r
tere opus erit: ipsâ cogente nar
darum rerum naturâ, quæ niſi o
morum hominum auctoritate fulc
tur, ægrè admodum fidem obtin
Quandòque tamen aliam, non tri
ab aliis, conabor inire viam; ne
dear proſequi non poſſe, niſi
eundum ſit aliena veſtigia dem
ſtrent.

Antequam vero manum operi
moveam, pauca quædam in antec

ſum præfari liceat. Jam in iis abſolvendis ſecundis curis incubueram, cum ab Clariſſimo Bacchinio in editione *Agnelli*, *Vita Pontificum Ravennatum* edoctus, Abbatem Paſtritium Dalmatam, & in Romano Collegio de Propaganda Fide Theologiæ Polemicæ Lectorem, hunc eundem laborem ſuſcepiſſe, poſtridie Romanis Typis edendum; nullum non lapidem movi, ut eum ſub oculis haberem. Romæ igitur primùm, Bononiæ, Ravennæ, & Forocornelii degentes Amicos per literas compellavi; ut librum apud Bibliopolas ſedulò inquirerent, meque meorum votorum compotem facerent. At cum fruſtrà ſemper eorum labor ceſſiſſet, meque cura hæc diù maceraſſet, quievi tandem; ac ſuſpicari cœpi hujuſmodi opus, unum ex numero eorum eſſe, quæ erudito illi libro *de operibus promiſſis, & non editis* ſymbolam addere poſſunt. At mea me fefellit opinio. Unde certior factus Paſtritii diſſertationem proſtaſſe quondàm, animo deſpondi, fœtumque, jam obſtretices manus expectantem, ſuffocandum ſtatui; ne alienam

telam prætexens, actum agere viderer, ægre fortaſsè, vel ſecundas vices, occupaturus. At poſtquam beneficio Clariſſimi Viri, mihique nunquam ſine laudis præfatione nominandi A. R. P. D. Annibalis Marcheſii Oratorii Neapolitani S. Philippi Nerii Sacerdotis, id aſſequutus eſſem, quod jamdudum in votis erat, redditæ ſunt mihi vires, & Diatribæ huic è tenebris eductæ, lucem iterum publicam ſpopondi. Animadverti etenim, me aliam, quam Paſtritius, iniiſſe viam; nec unquam futurum fore, Nos per diverſas migrantes, ad invicem obviam fieri.

Hoc tantum moneo, Quæſtionem, ſcilicet acriter agitatam, an *Patena* hæc *Chryſologi* fuerit, nec ne, quod olim, & nunc Forocornelienſes Populi confidentiſſime aſſerunt, penitùs a me intactam relinqui: nec alicui velle diem dicere, vel eam antiquiſſimam velint, vel ad inferiora ſæcula revocandam. Ævo Chryſologi conflatam, velis remiſque contendit Paſtritius. At quam felicibus avibus talia exorſus ſit, quoque eventu abſolverit,

alii videant. Mihi ſatiùs eſt neminem laceſſere, nec intempeſtivis auſis vulgi pietatem traducere: meique ſuſcepti laboris eſt de *Patena* Forocornelienſi diſſerere, cujuſque ea tandem fuerit. Tantummodo addam ſententiam eorum, qui antiquorum operum ætatem ab verſibus Leoninis deducunt, eruditis viris non probari. Nec Ciampinio *Veterum monumen. tom.* 1. *pag.* 28. debetur fides: putat enim, Theodolum Presbyterum, qui initio V. Sæculi vixit, eumdem eſſe cum alio recentiori incertæque ætatis Theodulo, qui Eclogas Leonino Metro ſcripſit. In quod ſaxum impegit etiam Paſtritius: cujus exempla in medium adlata laſcivientis potius Poëſis luſus, quàm firma ſcribendi regula videri poſſunt. Addam ulterius, quod ſi aliquando ab propoſito meo viſus ſum diſceſſiſſe, & ab inſtituta ſemita longiuſculo itinere divagaſſe, conſultò id egiſſe; ne ſponte oblatam diſſerendi de iis, quæ Sacros Ritus ſpectant, occaſionem deſpicerem; & ut ſterilitati argumenti variarum rerum copiâ quodammodo occurrerem. Modo ad rem accedamus.

I.

INter Sacra Vaſa , quæ ad Sanctiſſimæ Euchariſtiæ uſum à primis uſque temporibus addicta fuere , nullus dubitat recenſendas eſſe *Patenas* ; apud Gentiles etiam *Vaſis* genus , & boni ominis nota , ſi Plinio credimus *lib.* 34. *cap.* 81. Nullum verùm ex Sacris Scripturis eruitur teſtimonium , hujuſmodi vaſe in ultima Cæna uſum fuiſſe Salvatorem noſtrum . At cum ex Patrum traditione , & noſtri ævi ſcriptoribus , certum ſit , & olim , & hodienum etiam conſueviſſe Hæbreos Menſis pelvim , & lances apponere cum placentis , quas inter Paſchales Convivas partiebantur , ut habetur ex Buxtorfio (1) : olimque Menſa Propoſitionis ſuas habuerit *Scutellas* , quas Aquila , is qui Moſem in Chaldaicum ſermonem convertit , *Magiſin* , ſeu *Magidas*

(1) *Syntagma capit.* 18. At Placentæ non in pelvibus , ſed ſuper mantili , ſeu mappa ab illis apponi obſervat Scaliger . Vide autem Buxtorſium in diſſert. contra eundem .

gidas vocat (2), quibus ſingulis panes imponerentur, pronum eſt credere: & in Cæna Euchariſtica Dominum noſtrum Diſcum, vel Vas aliquod adhibuiſſe.

Nos interim, antiquiorum temporum nomen ſervantes, Vas illud, ad recipiendum in oblationibus Sacroſanctum Chriſti Corpus *Patenam* dicimus: Fuerant enim olim in Eccleſia Patenæ *Chriſmales*: in quibus Chriſma deponebatur, paratum ad Ordinationes, ſeu Baptiſmum. De his Anaſtaſius in Sylveſtro *Patenam Chriſmalem argenteam auro cruſtam*, ſcilicet *incluſam* aurea Theca, cuſtodiæ cauſa, ſicuti fuerunt & *Calices Baptiſmi* ex libro Pontificali in Innocentio I. in quibus ſcilicet lac, & mel ſervabatur recens baptizatis propinandum: ut recte opinatur Franciſcus Berlendi Clericus Regularis in ſua erudititiſſima diſſertatione *de Oblationibus*. Hujus verò vocis, ut ſuperius innuimus, non ignota

(2) Hanc vocem Paulus Fagius reddit *Scutellas*: & *Magidas* Veteres appellabant *Lances*.

Gentilibus , inquirit etymon Columella *lib.* 2. *cap.* 43. a quo *Patena* definitur *Vas latum* : Straboque ſubdit , *Patenam* à patendo dictam (3), quod *Patula* ſit : cui ſuccenturiatur Joannes de Garlandia *in Synonymis*.

A Pateo *dicas* Patenas : *conjunge*
Patellas ,
Vas dico *Patenam*: Calicis tectura
Patena

Germano Patriarchæ in Theoria δισκοκάλυμμα , & Nicetæ , & Auctori S. Sophiæ apud Du-Cangium δισκοποτήριον , Patena dicitur : Etymo deducto ab *diſco* Græcorum ; cui , ut infra obſervandum , ſimilis eſt . Advertendum tamen , quandoque δισκοκάλυμμα apud Græcos , non *Lancem* , ſed *lancis operculum* ſignificare : Quâ etiam ratione Patenæ Sacræ convenire poteſt ; quandòque enim operiendo Calici adhibebatur . Apud Athanaſium *Homil. in deſcriptionem B. Virginis* -- *Pater* , *Diſci* , *vel Lancis operculum* memoratur.

I I.

---

(3) *Walafridus Strabo : de rebus Eccleſiaſticis capit.* 24. An fortaſſe a πατάνη, ut Suidæ viſum?

II.

FOrmam Patenarum concavam, rotundamque fuiſſe, haud dubium; id enim, cùm ipſa Patenæ nomenclatura pandit, tùm ipſa neceſſitas exigebat: ut ſcilicet aptiori, & commodiori formâ caperet oblatas, quas rotundas fuiſſe demonſtrat Bona *Rer. Liturg. lib.* 3. *cap.* 23. Nam licet primis Eccleſiæ temporibus integri, ac ſolidi Panes, cujuſcumque figuræ, vel formæ forent, ab Fidelibus offerrentur; redditâ tamen Eccleſiæ pace, ſervatam figuram rotundam, ſeu orbicularem notant Patres Græci, ac Latini: & præcipue Epiphanius *in Ancorato num:* 57. (4) & Patres Concilii XVI. Toletani ann. 693. *cap. vi. pag.* 62.

(4) At apud Epiphanium *Ancorat. num.* 57. *pag.* 60 *edition. Colon.* panis ςρογγυλοειδὴς non denotat Panem planum circularis rotunditatis, ut Card. Bona opinatur; ſed panem teretem, hoc eſt inſtar cilindri: ut obſervat Calvorius *lib.* 11. *Liturg. ſect.* 11. *capit. LIV. pag.* 591. contendi a Voſſio *diſp. de ſacra Cœna ſect.* 111.

pag. 62. Hinc in conſtituto Zephirini PP. Sacer Panis corona conſecrata vocatur : *ex ea conſecratione de manu Epiſcopi* coronam conſecratam *accipit Presbyter tradendam Populo* . Qui locus ſi conferatur cum conſtituto Melchiadis , in quo habes *oblationes conſecrata* , intelliges jam ab antiquioribus manaſſe temporibus , ut Panes ad Miſſas offerendi *corona oblationis* dicerentur . Etenim ad ætatem uſque Divi Gregorii *lib.* IV. *Dialog. capit.* I. hæc nuncupatio perſeverabat : refert enim Presbyterum quendam , duas ſecum *oblationum* coronas detuliſſe . Oblationibus autem *corona* nomen inditum ex rotunditate notat Petrus Urbevetanus in Scholiis ad vitam Zephirini Papæ . Iſo quoque Monachus *de miraculis S. Othomari Abbatis cap.* III. *Rotulas* panis vocat *oblationes* quæ in ejus Sepulcro repertæ fuere . Hanc eandem figuram confirmant picturæ , quæ in antiquis codicibus , & in parietibus veterum Eccleſiarum muſivo opere , circularis formæ oblatas repræſentant . Quæ autem dicta ſunt de oblatis *coronarum* nomine inſigni-

tis ,

tis, ex prophanis Scriptoribus poſſunt illuſtrari (5). Coronas quoque ad inſtar panum rotundorum in ritu Agni Paſchalis obſervat Buxtorfius -- *exercit. de Cœna Domini* §. 18. Arcanum verò, quod ſub orbiculari figura latet, pandit Durantes *lib.* IV. *ration. Divin. Offic.* §. 11. *cap.* IV. -- *hoſtia formatur rotunda, quia Domini eſt Terra,*
&

(5) Vopiſcus de Aureliano ait Bilibres Coronas Populo promiſiſſe, ſi victor rediret. Voti compos fit. Dum Populus aureas ſperaret coronas fecit *Panibus*: ubi Caſaubonus *pag.* 516. obſervat, jam quidem in quibusdam Romanorum ſacris Panes coronæ ſpeciem præſeferentes conſueviſſe. Et teſtem advocat Lactantium *lib.* 1. *cap.* XXI. *pag.* 136. *edit. Lipſien. Apud Romanos eundem* (Aſellum Sileni) *veſtalibus ſacris in honorem pudicitiæ conſervatæ panibus coronari*. Verùm ad hujuſmodi Lactantii locum obſervanda fortaſſe eſt conjectura Almeloveenii qui in ſuis Amoenit. Thelog. Philolog. *pagina* 164. ubi pro *panibus coronari* legit *penibus coronari*. Hujuſmodi enim ultio convenit meliùs pudicitiæ inſidiatori. At non hic de Panibus in figuram coronæ formatis loquimur; ſed de corona, multis in circularem lineam aſſutis panibus, compacta.

& plenitudo ejus, orbis Terrarum, & univerſi, qui habitant in ea: ut ipſa ſui forma ſignificet illum, qui principiis caret, & fine, quamvis ipſe ſit Alpha, & Omega, ideſt principium principians, atque finis. Rurſus cum figura rotunda formatur à puncto ad punctum, per hoc innuitur, quod ab ipſo ſunt omnia, & ad ipſum omnia retorquentur — Nec abludit Simeon Teſſalonicenſis apud Arcudium *de concor. Eccleſ. Orient. & Occid. lib.* III. *cap.* XXXVIII.

Patenas vero magnitudinis, & capacitatis eximiæ fuiſſe oportet. Nam ſi primitus Panis Euchariſticus ad Placentarum Paſchalium formam fuerat efformatus, cæteris frangendus, & diſtribuendus; parvus certè Orbiculus, & Patella, quali hodie utimur, neç capiendo pani ſuffeciſſet, nec micis cohibendis, quæ inter frangendum excidunt. Ut igitur Patenarum capacitatem, & amplitudinem tutiùs aſſequamur, diſtinguenda ſunt tempora, quibus in Eccleſia earum uſus obtinuit. Antiquioribus nempe Sæculis capaciores erant: eaſque Nos *Patenas Miniſteriales* vocamus; ſequioribus,

ribus, arctiores, quas *Sacerdotales* dicimus; licet mihi facilius ſit credere, uno eodemque tempore in Altarium uſu utraſque fuiſſe. Sed de iis alias.

Ut autem, quæ dicenda ſunt, clarius appareant, nonnulla de earum uſu delibanda erunt ex uno ex Ordinibus Romanis (6) juxta explicationem Eruditiſſimi Lazari Andreæ Bocquillot in ſuo Tractatu, quem Gallicè ſcripſit de Sacra Liturgia. (7)

III.

POſtquam Pontifex Populo pacem annunciaverat, conſuetis verbis *Pax vobis*, oſculum dabat Archidiacono, frangens modicam partem hoſtiæ: qua ſuper Altare depoſitâ, quod ex ea reliquum

(6) Ordinem hunc Romanum ſecundum edidit Mabillonius in Muſeo Italico, ac antiquiſſimum putat: utpote quem explicavit Amalarius Ecloga in ipſum Ordinem edita: quam V. C. Stephanus Baluzius ex veterrimo Codice S. Galli vulgavit in Appendice capitularium.

(7) *Traitè Hiſtorique de la Liturgie ſacrèe, ou de la Meſſe*,

liquum erat, unà cum hoſtiis pro Clero Patenæ imponebat: *reliquas oblationes ſuas ponit in Patena*, thronumque iterum aſcendebat: Duo interim ex Acolythis, venientes ad Altare, unus à dextero, alter à ſiniſtro latere, *Saccos* geſtabant: quorum ora, vel ſinus ab Subdiaconis expanſi, apertique tenebantur; ut in eis Archidiaconus Panem pro Populo facilius immitteret (8). Secundum hæc Acolythi per diverſa abeuntes, ſeſe Epiſcopis, qui à dextris erant Pontifici, & Presbyteris, qui à ſiniſtris, unà ſimul ſiſtebant: ut ii Panem frangerent ſuper duabus *Patenis*, quas Subdiaconi præeun-

(8) Oblationem quippe ſuam non modo omnes è Clero Viri, ſed Laici quoque utriuſque ſexus faciebant. Moris inſuper erat, ut unuſquiſque ſuas oblatas propria manù conficeret. Vide Mabillon. *in Ord. Roman. pag.* xli. ubi & de Panum Oblatorum forma ex Panvinio: qui ex Libris B. Gregorii Dialogorum *lib.* iv. eruit ad inſtar coronarum, ut jam diximus, efformatos fuiſſe.. *Manifeſtum*, ſubdit Onuphrius, *cujus menſuræ vel formæ debeant eſſe Sacerdotum oblatæ, quæ ex pugillo ſimilæ fieri jubentur, & ad formam coronæ* ..

præeuntes, geſtabant. Interim Diaconi Pontificem intuebantur, cui & ipſi alteram Patenam obtulerant, ut eo innuente, hoſtias ſuperimpoſitas nutu citius comminuerent -- *Diaconi adſpiciunt faciem Pontificis, ut eis innuat frangere* -- Hæc dum gerebantur, canebatur *Agnus Dei*. (9)

Dum hæc Bocquillotius, ex præfato ordine, expoſuiſſet, ut Lectorum accuſationem, criticemque anteverteret, faſſus eſt; duo dixiſſe, quæ cum ex eodem ordine, haud dilucidè eruantur, peculiarem viſa ſunt probationem expoſcere; quam ego proſequi operæ pretium duxi, ut hujuſmodi Ritus circumſtantiæ, pleniori luce perfundantur. Prius eſt tres admiſiſſe *Patenas*, unam tantum ordine Romano enunciante. Alterum, quod *Patena*, quæ

(9) Canere *Agnus Dei* veteris non fuiſſe moris obſervat Walafridus Strabo. In Rubricis tamen Sacramentarii Gregoriani ad Miſſas conſuetas aſſignatur *Agnus Dei*. Sed forſaſſe, ut opinatur hic Mabillonius, ab ſolis Cantoribus cani conſueverat: quod inde ab Clero, & Populo decantari Sergius PP. I. conſtituiſſe fertur.

quæ Pontificio Solio ſiſtebatur, non tantum Papalis hoſtiæ reſiduo, ſed & plurimis aliis pro Clero onerabatur. Quod in utroque capite videri poteſt peccatum fuiſſe, ſequentibus diluit.

Primum quòd ſpectat: ex ordine Romano liquet, Acolytos Epiſcopis, & Presbyteris dextrum levumque Altaris cornu occupantibus, *Saccos* hoſtiis refertos detuliſſe -- *Acolythi vadant dextrâ levâque poſt Epiſcopos circa Altare: reliqui deſcendant ad Presbyteros, ut frangant* -- Sed ubinam, quærit Bocquillotius, hujuſmodi hoſtiæ erant frangendæ? In Patena Epiſcoporum? Minime: In Patena illa, quæ prope thronum erat coram Pontifice? Nec equidem. Nam ordo diſertiſſime dicit, non Epiſcoporum, ſeu Presbyterorum, ſed Diaconorum munus eſſe, in ea Panes frangere, ſtatim ac Pontifex oculis innuiſſet -- *Sed illi*, Diaconi nempe, *reſpiciunt ad faciem Pontificis, ut eis innuat frangere* -- En ergo tres *Patenæ* neceſſario admittendæ, ternoque ordini eorum, a quibus hoſtiæ frangebantur, reſpondentes. In prima id præſtitere Epiſcopi circa Altare;

re;

re : in alia Presbyteri è regione aſſidentes : in tertia Diaconi coram Pontifice. Unde nil hæſit Doctiſſimus Mabillonius *in comment. ad ordinem Rom.* aſſerere , iis Acolytis , qui Saccos portabant, duos præceſſiſſe Subdiaconos , unumquemque eorum ſuâ onuſtum Patenâ . At mirari quis poterit , eundem ipſum Mabillonium diverſam ſententiam induere in *diſſertatione de Azymo , & fermentato* : Ubi poſtquam ex Ordine Romano docuit , Acolytos parare ſinus ſacculorum Archidiacono ad ponendas oblationes, ſubdit -- *Ideoque oblationes in ſacculis frangi , ne micæ, ſeù particulæ inter frangendum in terram, aut in locum minus decentem deciderent* -- At Vaſa fractioni deſtinata *Patenas Miniſteriales* fuiſſe vidimus , non Acolytorum *Sacculos* : qui equidem , quò aptiores erant ad geſtandas oblatas , eò ad has frangendas incommodiores evaſiſſent.

Ad alteram inde in ſe conflatam ab ſeipſo objectionem deſcendens, dolet Auctor , ſententiam ſuam Mabillonii calculo deſtitui ; id quod ægro fert animo : ſibi etenim ſcribenti

ne hilum quidem vellet excidere ; tanti Viri opinioni contrarium . Onus autem difficultatis in hoc incumbit -- *reliquas vero oblationes Pontifex ponit in Patena* -- ſcilicet poſt oſculum pacis ; quando , ut ſuperius innuimus , diffractâ parumper hoſtiâ in dexterâ parte , fragmen illud ſuper Altare relinquit , omneſque alias , quæ ſuperſunt hoſtias , imponit Patenæ . At quænam hoſtiæ hæ ? Mabillonius in nuper laudato *Commentario pag.* LIII. auctoritate Micrologi fiſus , docet , ab Pontifice iterum effringi partem hoſtiæ in Altari relictam ; ita ut hoſtia hæc *Papalis* , ita eam vocare juvat , tribus in partibus diſſecaretur : quarum una remaneret , duo alteræ in Patena reponerentur . Reverà ita loquitur Micrologus (10) . At fortaſſe ſui temporis ritum exponit , non antiquiorem, de quo agitur in Ordine Romano ; veramque rationem ignorat , cur fragmentum illud ſuper Altare relinqueretur,

(10 (Micrologus ait , etiam illam particulam eſſe dimiſſam Communicaturis , ſive Infirmis . At Communicaturis in hac Pontificia Miſſa diſtribuebantur aliæ oblatæ conſecratæ.

retur ; nec Ordinem Romanum conſuluit unquam. Is enim, cum de hoſtia loquitur ab Pontifice diffracta, ſingulari numero utitur : *rumpat oblatam* : plurali verò, cum de reliquis Patenæ impoſitis : *reliquas vero Oblationes ſuas ponit in Patena*. Quis modo, appoſite loqui amans, diceret hæc talia de uno hoſtiæ fragmento in duas partes diſſecto ? Nemo unquam. Hujuſmodi enim loquendi formula tantùm abeſt, ut unam tantùm puram hoſtiam iterum dividendam innuat, quin potius de pluribus agere videtur.

Cæterum ſi Ordo Romanus inſpiciatur, duæ in eo fractiones occurrunt. Prima, cum Pontifex, hoſtiam rumpens, fruſtulum diſcerptum in Altari relinquit, ne cæteris oblatis aliò adſportatis Altare, ſine Sacrificio remaneat : *ut, dum iſta ſolemniter peraguntur, Altare ſine Sacrificio non ſit*. Quæ ratio etiam fortaſſe movit, inquit Mabillonius loco citato, ut Pontifici ad Sacra procedenti Euchariſtia præferretur. Altera fractio eſt, cum abſoluta aliarum hoſtiarum fractione, Diaconorum unus, acceptâ ab Subdiaco-

 no

no Patena ante thronum eam defert, ut inde Papa communicet : id quod peragit, ſumendo ipſius hoſtiæ particulam (11), & quicquid ſupereſt im-

(11) Obſervat hîc Mabillonius, duas Particulas Pontificio Calici immergi. In primo enim ordine Romano ſic habetur *numero* xvii. *Cum dixerit Pontifex*, Pax Domini, &c. *faciens crucem tribus vicibus manu ſua ſuper Calicem mittit ſancta in eum*. Quoties autem occurrit ſolitariè hoc nomen *Sancta* Euchariſtiam ſignificat : exemplo Grecorum eam τὰ ἅγια appellantium. Particula autem hæc in Calicem ſic immiſſa explicari non poteſt de parte Hoſtiæ in ea Miſſa, quæ tunc peragitur, conſecratæ : ſiquidem poſt ſuperiora idem ordo addit : Pontificem *rumpere Oblatam*, *& de ipſa Sancta*, *quam momorderit*, *ponere in manus Archidiaconi* : *dicendo in Calice* : Fiat commixtio, & conſecratio, &c. Adeoque prima Particula non aliud eſſe videtur, niſi Particula illa ex antea conſecrata Euchariſtia : quam Pontifex ad Altare procedens adorat in capſa, ei ab Diacono oſtenſa. Ritum explicat primus ordo -- *duo Acolyti tenentes capſas cum* Sanctis *apertis* : *& Subdiaconus ſequens cum ipſis tenens manum ſuam in ore capſæ oſtendit* Sancta *Pontifici*. *Pontifex ſalutat* Sancta, *& contemplatur*, *ut*, *ſi*

immittendo in Calicem , faciens Crucem ter dicendo: *Hæc commixtio , & conſecratio, &c.* En proculdubio fractio illa , da qua Micrologus loquitur. Subdit namque & ipſe , quod poſt quam Pontifex in Calicem Particulam miſerit , ait ſubmiſſa voce : *Fiat commixtio , & Conſecratio* . Una igitur fortaſſe , eademque fractio juxta Micrologum , & Ordinem Romanum ; licet ex eorum ſententiâ diverſis pera-

---

ſi fuerit ſuperabundans , ponatur in conditorio: id eſt in eo loco , ubi Euchariſtia ſolebat adſervari . Particula igitur ex hujuſmodi Sacris , quæ Pontifici celebraturo præferebantur , ea eſt , quæ ante fractionem oblatæ in Calicem immittebatur . Duplicem etiam Particulam immiſſam fuiſſe in Calicem notat Amalarius , qui *Lib.* III. *capit.* XXXI. ita Ritum hunc commentatur : *Si hoc ita agitur in Romana Eccleſia , ab illis poteſt addiſci , quid ſignificat panis bis poſitus in Calicem . Non enim vacat in Myſterio , quidquid agitur in officio juxta conſtitutionem Patrum* . Ritum autem præferendi Euchariſtiam Pontifici celebraturo Sæculo XIV. in die Paraſceve obſervari adhuc , teſtatur Jacobus Cajetanus in ſuo Ordinario , *capit.* XCII.

ċta temporibus . At his dimiſſis, concludit Auċtor, Patenam, quæ Pontifici in Solio aſſidenti ſiſtebatur, non tantum hoſtiæ jam imminutæ pro Communione Pontificis capiendæ, ſed & aliis pro Clero Communicando deſtinari. Nam poſt ruptam oblatam, *oblationes, quas reponit in Patena*, ad alias referre non poſſumus, niſi ad illas, quas Clerus percipere, communicando debebat. Subdit demum, quod ſi forte in iis evolvendis ſeſe deceperit, hoc unum ei ſufficere; magnitudinem ſcilicet, & capacitatem Patenarum, ex iis quæ, diċta ſunt, ſatis ſuperque demonſtraſſe. (12)

Mihi autem præter hæc facile erit uſum proprium Patenarum Miniſterialium, ab aliis fortaſſe nondum ſatis perſpeċtum, ex præfatis eruere. Acolyti ſaccos geſtabant cum oblatis in eos ab Archidiacono ingeſtis: Subdiaconi duo Patenas, in quibus

(12) Pag. 192. -- *Mais quand je me tromperois en cela, je ne laiſſerois pas de conclure de ce, qui eſt plus clair & non conteſtè que les Patenes etoient de grands Plats.* --

quibus Epiſcopi, & Presbyteri oblatas è ſaccis deſumptas frangere debebant, dum Pontifex in alia Patena jubebat Diaconum panem frangere. Non ergo Patenæ deferendis oblationibus inſerviebant, id ipſum ſaccis præſtantibus; ſed ut in eis oblatæ frangerentur, & micæ, & fruſtulæ, quæ inter frangendum proſiliebant, in Patenarum orbibus facilius coercerentur, ne ſuper humum deciderent. Rem luce clariorem reddit alter Ordo Romanus: *Patena præcedit juxta Sedem, ferentibus eam duobus Subdiaconis ad Diaconos, ut frangant*. Et inferius: *expleta confractione Diaconus minor, levatâ de Subdiacono Patenâ, fert ad ſedem, ut communicet Pontifex*. Cujus fractionis veſtigium aliquod reperitur in priſcis etiam Eccleſiæ temporibus, ſcilicet ſub finem Sæculi tertii. Nam licet Fideles panes integros offerrent, ex eis tamen particulæ quædam minutiores ad Communicandum ſcindebantur: ut plures Auctores tradunt. In quorum cenſum ſolent advocare Canonem Concilii Niceni: *Non multum panis, ac vini accipimus, ſed parum; ut intelligamus,*

 mus,

mus , *non ad ſatietatem illa capi* , *ſed ad ſanctificationem* .

Juvat modo his omnibus , ut clariùs pateant , addere conſtitutum Zephyrini Pontificis , qui ad finem ſecundi , initiumque tertii ſæculi Romæ ſedit . Cui conſtituto comes erit explicatio Venerabilis Dei Servi Cardin. Thommaſii ex Ciampinio de Azymo *pag*. 120. *Zephyrinus fecit conſtitutum de Eccleſia* , *ut Patenas vitreas* in Miſſarum ſolemniis , & Populi Communione *ante Sacerdotes* , *Miniſtri* , ideſt Diaconi , *portarent* , *& dum Epiſcopus Miſſas celebraret* , *ante ſe haberet Sacerdotes omnes ſecundi ordinis* adſtantes , *ſibique concelebrantes* (13) *& ſic Miſſæ celebrarentur* : *excepto* , *cum jus* , ſive jurisdictio tantum , & non corporalis præſentia , *Epiſcopi intereſt* , *& ut* tunc *tantum* , ſive eatenus *Clerus ſuſtineret* , & expectaret , *quod omnibus præſentibus ex ea conſecratione* , *quæ facta eſt ab Epiſcopo*

(13) Conſuevere olim Presbyteri Cardinales Romano adeſſe Pontifici , & cum eo celebrare , & de manu ejus communionem recipere ad inſtar Apoſtolorum in ultima Cœna cum Domino Noſtro diſcumbentium .

po , reliquis Sacerdotibus adſtantibus , de manu ejuſdem Epiſcopi jam per Acolytum tranſmiſſam *coronam* , ſive oblatam ſphæricæ figuræ *conſecratam accipiat Presbyter Populo tradendam* . En ergo Acolyti , ut ex ordine Romano diximus , oblatas , ſeu coronas deferunt , Diaconi Patenas ; ſed cuinam uſui , niſi ut eas exhiberent Sacerdotibus, a quibus oblatæ erant frangendæ? Cæterum fractionem hanc, imaginem referre Corporis Chriſti flagellis , ſuppliciiſque lacerati , fractique, veteres omnes agnoſcunt . Audiendus autem S. Thomas 3. *part. quaſt.* 83. *art.* 5. — *Fractio hoſtiæ tria ſignificat, primò ipſam diviſionem Corporis , factam in Paſſione. Secundò diſtinctionem Corporis Myſtici , ſecundum diverſos ſtatus ; tertiò diſtributionem gratiarum , quæ procedunt ex Paſſione Chriſti.* —

Si Patenæ hæ miniſteriales ſatis eſſe debebant ad oblatas recipiendas , jam nemo non videt, in ampliſſimam formam opus eſſe , eas excreviſſe . Clerus enim tunc temporis magno miniſtrorum ordine conſtabat : Epiſcoporum nempe , qui ut plurimum dextero

ro Pontificis lateri adhærebant, Preſbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, loevum claudentium: præter Acolytorum, Cantorum, & Lectorum turbam: Qui omnes de Sacra illa, ac una eademque Menſa communicabant (14). Et quandoquidem hæc dicenda ſunt de Patenis ad Cleri uſum inſervientibus, quantò magis his majora reponenda ſunt de aliis, quibus oblatæ ad Populum deferebantur? Quotus enim, quantuſque fuerit Populus in Eccleſiis frequens ad communicandum, patet ex veterrima primævæ Eccleſiæ conſuetudine: qua ſtante omnibus iis, qui ad preces conſiſtere, ac in illis partem habere licuerat, Eucharistiam quoque participandi

(14) Hujuſmodi ritus, ut Sacerdotes non quotidie ſacra facerent, ſed ipſi, immò & Epiſcopi in publica menſa communionem acciperent, præcipuè Sæculo VII. erat in moribus: Concilium Toletanum IV. anno III. Siſenandi Regis, hoc eſt anno Chriſti DCXXXIV. celebratum ſtatuit *can.* 17. *ut Sacerdotes & Levitæ ante Altare communicent, in Choro Clerus, extra Chorum Populus*. Vide Morinum de *Ordin. part.* 3. *exercit.* 8. *cap.* 1.

pandi jus erat : exceptis tantummodo ultimi ordinis Pænitentibus: qui equidem ad preces audiendas, non autem ad offerenda munera , & ad Sacram Synaxim percipiendam admittebantur (15) . His , inquam , exceptis, reliqui omnes non tantum admittebantur , ſed per regulas Eccleſiæ adigebantur Euchariſtiam ſumere : quod vetuſtiſſimi Canones diſertiſſimè teſtantur . Inter eos , qui Apoſtolici dicuntur , numero decimus hæc habet -- *Cunctos fideles, qui in Sanctam Dei Eccleſiam ingrediuntur , & Sacras Scripturas audiunt, non autem perſeverant in Oratione , & Sancta Communione , veluti in Eccleſiam inducentes confuſionem , ſegregari oportet* -- Et ne vox *Communio* alicui ſcrupulum faciat , an de ſumptione Euchariſtiæ debeat intelligi, nec ne , (16) audiamus Concilium Antioche-

(15) Dicti inde *Conſiſtentes*, quia conſiſtere ad communicandum cum precibus poterant , ſed ſine oblatione .

(16) De varia hujus vocis ſignificatione vide Chriſtianum Lupum ad primum Canonem Concilii Sardicenſis , *Oper. Tom. 1. pag.* 236.

tiochenum hæc eadem verba aliquantum amplificata repetens in hunc modum -- *Omnes, qui in Eccleſiam ingrediuntur, & Sacras Scripturas audiunt, Oratione autem cum Populo non communicant, vel Sanctam Euchariſtiæ participationem propter aliquam inſolentiam averſantur, eos ab Eccleſia expelli oportet; Donec poſtquam confeſſi fuerint, fructuſque pænitentiæ oſtenderint, veniam adſequi poſſint* -- Quem etiam Canonem Martinus Bracarenſis in *Collect. ſua Can.* LXXXIII. apud Juſtellum *append. tom.* I. *fol.* XXXII. in uſum Eccleſiæ Hiſpanicæ interponit -- *Si quis intrat Eccleſiam Dei, & Sacras Scripturas audit, & pro luxuria ſua avertit ſe à Communione Sacramenti, illum talem projiciendum de Eccleſia Catholica eſſe decernimus* --, & Gratianus de *conſecr. diſt.* II. *cap.* X. decretum adlegat Anacleti Pontificis in hanc ſententiam -- *Peracta conſecratione omnes communicant, qui noluerit Eccleſiaſticis carere liminibus. Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & Sancta Romana tenet Eccleſia* -- Et quam vis decretum hoc ſuppoſititium ſit, tamen veluti antiquæ diſciplinæ accomo-

mo-

modatum, praxim oſtendit, quæ jam in Eccleſia invaluerat. Quæ omnia ſiquis ſedulò proſpiciat, jam de Patenarum Miniſterialium amplitudine dubitare nequeat.

Harum frequens mentio apud Auctores. Anaſtaſius in Vita Silveſtri Papæ de Conſtantino Magno verba faciens -- *Donum, quod obtulit* Patenam *auream, penſantem libras viginti*, Patenas *argenteas duas, penſantes ſingulas libras xxx.* -- De Gregorio III. idem Anaſtaſius refert -- *quod fecerat* Patenam *penſantem libras xxviii. & ſemis* -- Bartholomeus Platina in Vita Damaſi Primi -- *Baſilicam, quam ipſe in honorem Divi Laurentii non longè ab Theatro Pompejano condiderat, maximis muneribus ornavit*: Patena *argentea librarum xx.* --

Nemo autem neſcit, plurimas in Eccleſiarum gazophilaciis fuiſſe Patenas miræ magnitudinis, non tam ad uſum, quàm ad ornatum Altaris. Plurimi enim Princepes Viri, Conſtantini Magni pietatem æmulati (17) eas

(17) Conſule Euſebium, Socratem, So-

eas in Eccleſiás munificentiſſime intulerunt. Teſtimonia congerit, Clariſſimus, & Sacrarum rerum ſolertiſſimus inquiſitor, & quem honoris cauſa nomino, Dominicus Georgi, olim Joſephi Renati Imperialis Ampliſſimi Cardinalis Bibliothecæ Præfecti, in ſuis de Liturgia Pontificis libris *pag. lx.* Ex eo pauca quædam, quæ è re noſtra ſunt, delibavimus. Primum ſuffragium confert Charta Cornutiana: nimirum Sacrarum Donationum vetuſtiſſima membrana anno 471. confecta, qua Q. Theodorus V. Clariſs. & Illuſtris, & Comes, & Magiſter utriuſque Militiæ, æqueſtris ſcilicet, & pedeſtris, Eccleſiæ

Sozomenum, &c. Notum eſt etiam illud, quod narrat Theodoretus *Hiſtor. Eccleſ. libro* III. *capit.* XII. *pag.* 132. *edition. Cantabrig.* Cum enim juſſiſſet Julianus Apoſtata, Sacra Vaſa Eccleſiæ Antiochenæ fiſco vindicari, ingreſſi Eccleſiam Elpidius, Felix, & Julianus, Tyranni avunculus, & non Præfectus Prætorio Orientis, ut malè Sirmundus, ſed Comes tantum Orientis, Felix *Sacrorum Vaſorum magnificentiam conſpicatus, Conſtantinus enim, & Conſtantius ambitioſè fabricari ea juſſerant, ecce, inquit,* quibus vaſis Mariæ Filio miniſtratur.

ſiæ Cornutianæ Sacra Vaſa, & ornamenta donavit (18) -- *impendo*, inquit, *argentum quoque ad ornatum ejuſdem Eccleſiæ, vel celebritatem ſupraſcripti Myſterii Sacroſancti, in iis ſcilicet ſpeciebus: ideſt* Patenam *argenteam*, & Calicem *argenteum majorem* I. Calices *argenteos minores* II. -- Epiphanius Epiſcopus Conſtantinopolitanus Hormiſdæ Romano Pontifici I. anno 520. dona mittens (19) -- *Indicia*, inquit, *noſtræ ſecundum carnem in Chriſtum Dominum noſtrum charitatis, per Viros Reverendiſſimos deſtinavimus Divinæ Culturæ, & Sanctæ Apoſtolicæ veſtræ Eccleſiæ* Calicem *aureum gemmis circumdatum*, Patenam auream -- . Sub idem tempus, narrante Auctore libri Pontificalis *Epiſt. x.* Juſtinus Imperator alia dona mittit Hormiſdæ Papæ: -- *Evangelia cum Tabulis aureis, & cum gemmis pretioſis* (20) *pen-*

---

(18) Ex Mabillonio *de re diplomatica Lib. vi. pag.* 462.

(19) Ex *Tom. iv. Concilior. pag.* 538. & 539.

(20) De Codicibus Evangelicis, quibus præ, cæteris Sacris Supellectilibus reverentia exhi-

penſantia lib. xv. Patenam *auream cum gemmis hyacinthinis penſantem libras xx:* Patenas *argenteas penſantes ſingulas libras xxv.* -- S. Remigius Remenſis Antiſtes anno 530. Eccleſiæ ſuæ Remenſi hæredi partim, & partim Eccleſiæ Laudunenſi legavit -- *Vas argenteum decem, & octo librarum factis* Patenis, & Calicibus *prout volui* -- (21)

Noſtra ætate in nonnullis Pagorum Pareciis hujuſmodi *Patenas Miniſteriales* ſuperſunt adhuc. Ibidem enim rariores fuerunt Militum excurſiones, nec niſi per quam rarò ab iis adminiſtrantur, qui recentiorum inventa non ſequi ad inſtar probri habent: unde dum eis nova placent, vetera Sacræ Anti-

---

exhiberi ſolebat hæc Rupertus de Divinis Officiis *Lib.* II. *capit.* XXIII. *Non immeritò eos auro, ac argento, lapidibuſque preciosis decorari: utpote in quibus rutilet aurum cœleſtis ſapientiæ, micet argentum fidelis eloquentiæ, fulgeant miraculorum pretioſi lapides, quæ manus Chriſti tornatiles plenæ hyacinthis operatæ ſunt.*

(21) Ex Guilielmo Marlot *Hiſtor. Metropolit. Remenſis Lib.* II. *pag.* 181. ex Ms. Codicibus. Vide Georgium *Liturg. pag.* lxi.

Antiquitatis peſſumdant monumenta. Unam Ego vidi in celebri Pago, olim Campaniæ Urbe, *Abelam* vocant (22) prope Nolam. De qua infra quædam erunt diſſerenda.

Sacramentales Patenæ recentioris ævi, dubio procul minoris ſunt amplitudinis, ſimileſque Græcorum Diſcis, qui paullo amplius latiores ſunt, ut habet Renaudotius *Liturg. tom.* 1. *pag.* 195. Et quamvis idem Clariſſimus Scriptor *Tom.* 11. *pag.* 60. cum ex figura Diſci ab Goario allata, tum ex illius verbis eruat illum Patenæ Latinorum non omninò reſpondere, verum nullam aliam rationem affert, niſi quam nos protulimus, majorem

C ſcilicet

---

(22) Apud Ptolomeum, ac Strabonem *Lib. v. pag.* 140. *edition. G. L. Baſileenſ.* 1549. ut obſervat Cluverius, *Italia Antiq. pag.* 1185. ſcribitur Αβέλλα. (Interpres male *Atella* latinè reddidit) : cujus etiam meminit S. Paullinus Nolanus Nat. XIII.

Poſtulat ipſe locus devotæ nomen Abellæ
Indere verſiculis.

Virgilius item *Æneid. lib.* 7. ubi pro *Melliferæ* Servius legit *Maliferæ* : nam ibidem Punica mala omnium optima naſcuntur.

ſcilicet Diſci amplitudinem, ac profunditatem.

At antiquioribus etiam temporibus, mea quidem ſententia, una cum *Majoribus*, *&* *Miniſterialibus Patenis*, Minores etiam hæ, & *Sacerdotales* uſui fuerunt in Eccleſiis: nam ſicuti plures Calices in Altari collocabantur, licet tamen omnes ex uno tantum Calice communicarent, nempe *Majores Calices*, in quibus recipiebantur Vini oblationes, & ex quibus Populi communicabant, poſtquam vel verbis Sacerdotis, vel mixtione Sanguinis Domini fuerant conſecrati, & *Calix minor* (23) ſeu *Sacer*, ſeu *Sanctus*, in quo

(23) Tertius Ordo Romanus *pag.* 59. *nu.* 16. *Sed & ipſe Pontifex confirmatur ab Archidiacono in Calice Sancto, de quo parum refundit Archidiaconus in Majorem Calicem, ſive in ſcyphum, quem tenet Acolytus, ut ex eodem Sacro Vaſe confirmetur Populus*. Item ex Ordine Romano ab Jacobo Cardinali Cajetano digeſto, *capit. Lxx. in die Natalis Domini parabantur tres Calices; unus pro Conſecratione; alius cum Papa vinum bibit; alius pro communicantibus*. Qui mos, ut ſcilicet in Miſſa Romani Pontificis

quo fiebat conſecratio : ita plures crediderim fuiſſe *Patenas* : *Majores*, nempe in quibus, ut vidimus, oblatæ frangebantur, & *Minores* ad alios uſus, ut mox videbimus. Et fortaſſe eæ ſunt, quæ apud Duçangium *in Lexico Tom.* III. *pag.* 46. vocantur *Patenulæ* -- Calices aureos, ſive argenteos cum *Patenulis* -- qua voce utitur etiam Gregorius Turonenſis in libro *de Gloria Confeſſorum. capite xx.* ubi de Maximo Abbate loquitur -- *Qui occultare, quod erat, cupiens, apud Inſulam Barbaram Monaſterii Lugdunenſis peregrinari expetiit; manifeſtatus tamen & ibi, ad Patriam redire diſpoſuit. Denique dum Ararim fluvium tranſire cuperet, navi impleta demergitur, ac ipſe Sacerdos pelago operitur, habens ad Collum cum Evangeliorum libro miniſterium quotidianum* -- (24) *ideſt* Patenulam parvam

 cum

çis tres Calices adhiberentur, duravit in Romana Eccleſia, quouſque Communio ſub utraque ſpecie Laicis interdicta fuit.

(24) Miniſterium proprie locus eſt, in quo Sacra Vaſa reponuntur: menſula item, in qua collocantur Vaſa, quæ Altari inter ſacrum

tum Calice . Vides hic parvam *Patenulam* cum Calice , *Miniſterium quotidianum* vocari (ſcilicet , ni fallor) ſupellectilem ad Miſſas privatas celebrandas,

ſacrum faciendum ſunt uſui . Ita Hoſmanus & Du-Cange in Lexico. Nunquam autem memini, me legiſſe *Miniſterium* pro *Secretario*, locus ſcilicet in exedra Baſilicæ exteriori innixa ad dexteram partem Altaris, teſtante Paullino Nolano in Epiſtola ad Severum *recent. edit. pag.* 206. ubi abſolutâ Oblatione , Populoque dimiſſo , ab eo , cui cura hæc ſui muneris erat , Sacra Vaſa clavi obſerata ſervabantur . Quin potius ipſa Sacra Vaſa , cunctaque ſacrorum myſteriorum ſuppellex *Miniſterium* audiebat apud veteres. Certè Paullinus laudatâ Epiſtolâ *Secretarium* ad dexteram Altaris poſitum , ejuſque officium ita deſcribit :

Hic locus eſt veneranda penus , qua conditur , & qua
Promitur alma ſacri pompa Miniſterii.

quin & pro Vaſis prophanis uſurpatur penes Lampridium in Alex. Severo : *Ducentarum librarum argenti pondus Miniſterium ejus nunquam tranſiit* .

Itinerantibus autem , & transfretantibus ſolemne fuiſſe deferre ſecum Sanctiſſimam Euchariſtiam , lucide conſtat ex Ambroſio *Tom.* IV. *edition. Pariſien.* 1642. *pag.* 315. *Orat.*

das, & in quibus deerat copia Communicantium. Nec aliter quam de Patenis iis minoribus intelligendus eſt locus apud S. Bernardum *lib.* II. *ejus Vita*

Orat. de obitu Fratris: *Qui*, Satyrus nempe Ambroſii germanus, *cum perfectioribus eſſet initiatus myſteriis, naufragio conſtitutus, cum ea, qua veheretur navis ſcopuloſo illiſa vado ſolveretur, non mortem metuens, ſed ne vacuus myſterii exiret de vita, quos initiatos eſſe agnoverat, ab iis Divinum illud Sacramentum popoſcit; non ut curioſos oculos inferret Myſteriis, ſed ut fidei ſuæ conſequeretur auxilium*. Teſtatur id ipſum Gregorius *Dialog. lib.* III. *capit.* XXVI. *pag.* 34. *M. edit. Pariſ.* 1571. de Maximiano Syracuſæ Epiſcopo, ejuſque ſociis Mare Adriaticum navigantibus. At nec ſolum navigantes, vel iter facientes, ſed Urbes quoque deambulantes Fideles, ſecum detuliſſe Euchariſtiam evincit locus Cypriani, ſeu quis tandem fuerit vetuſtus ille Auctor *de ſpectaculis pag.* 415. *col.* I. *edit. Pariſ.* 1633. ubi introducit quendam, qui de Eccleſia egreſſus, & ſecum gerens Euchariſtiam auſus eſt eam in *Lupanarium* ducere. *Qui feſtinans ad ſpectaculum, dimiſſus* (adverte loquendi modum, ſcilicet cum abſoluto ſacrificio Populus dimittebatur per illa verba *ite miſſa eſt*) *& adhuc ſecum*

ta cap. III. -- *Expleta oratione Dominica efficacius hoſtem aggreditur* , Patenæ *quidem* Calicis , *Sacrum Domini Corpus imponens talia loquebatur* , *&c.* -- Animadver-

---

ſecum gerens Eucharistiam , *ut aſſolet* , *inter corpora obſcœna meritricum tulit* . Ab aliis in re meridiana luce clariori abſtineo . Conſule Baronium Anno Chriſti LVII. *num.* CLI. Addam tantum conſuetudinem hanc deferendi ſecum Euchariſtiam in Hiſpania Sæculo V. ineunte ſufflaminatam fuiſſe propter Priſcillianiſtas , qui morem hunc proſequebantur , ut Catholicis ſeſe occultarent , eorumque oculos fallerent , quamquam tamen nunquam Sacro Pane veſcerentur . Perditorum Hominum fraudes aperit Concilium Cæſaraugustanum *Can.* III. *Tom.* II. *Conciliorum pag.* 1196. *recent. editionis* , ut putat Calvorius . At laudato Canone damnantur Priſcillianiſtæ , non quòd ſecum ſemper Euchariſtiam deferrent , ſed quòd ut laterent , convenientes ad Eccleſiam , ſic accipiebant , ut eam non comederent : vel Canon in eos inſurgit , ut docet Pearſonius in *Notis pag.* 136. qui Euchariſtiam in Eccleſia acceptam Domum deferebant : id quod durante perſequtione perquam licitnm erat ; vel ob difficultatem adeundi Eccleſias , vel quia quotidiè imminente vitæ periculo , quotidie poſſent Sacro

madvertas hic vellem, Patenam hanc *Patenam Calicis nuncupari*. Cur amabo, niſi ad differentiam Patenarum Miniſterialium, non ad uſum Calicis, ſed

Sacro hoc Cibo ſe ad certamen præparare. Vide Baſilium *Epiſtol. ad Cæſarium*. Quouſque autem ritus hic obtinuerit, incertum. Card. Bona *Rer. Liturg. lib.* II. *capit.* XVII. §. IV. *pag.* 367. ex Johanne Moſco, & Anaſtaſio Bibliothecario obſervat; Sæculo VII. & VIII. viguiſſe adhuc. Quidni? Ejusdem veſtigium apparere credunt nonnulli temporibus Alexandri III. vergente ſcilicet ad finem Sæculo XII. & Bonam Cardinalem teſtem appellant, qui ex Surio die 14. Novembris in Vita S. Laurentii Dublinenſis, narrat: quatuor Sacerdotes Auguſtiſſimum Sacramentum ſecum portantes, incidiſſe in Latrones, qui ſacra dona irreverenter tractantes mox, Deo injuriam ulciſcente, ſuſpendio interierunt. At audiamus Surium. -- *Quatuor Sacerdotes cum magna turba Hominum tranſire comperiunt, qui Eucharistiam, ſicut tunc moris erat, pluribus pro tuto viatico, ac ſecuro duce itineris, publicè deferebant* -- ex quibus patet, Euchariſtiam, non tàm privatim, & in mappula, ſeu capſa incluſam, colloque appenſam geſtari conſueviſſe; verum etiam in frequenti Hominum comitatu: ut hodie in noſtris ſupplicationibus mos eſt.

Pani frangendo, ac Populo diſtribuendo deſtinatatum? Suppeteret hic alius locus ex Surio *Tom. VI. die III. Decembris* de Sancto Binio Epiſcopo, ſed alibi exſcribendus eſt: tunc ſcilicet., cum ſub *num. VIII.* de reverentia Patenis exhibita diſſeremus.

Quoad vero *harum Patenarum Minorum, vel Sacerdotalium* uſum ſpectat, primùm certè conficiendo in eis Sanctiſſimo Jeſu Chriſti Corpore inſervierunt. Helgardus in Roberto Rege Francorum -- *Fecit in ipſo Sancto Calice* (ſcilicet in Calice minori, ubi vinum conſecrabatur, quem *Sanctum Calicem* appellari alibi vidimus) *Patenam ad conficiendum in ea Corpus Redemptoris Mundi* -- Vetuſtiſſimus Auctor apud Martene in novo Theſauro Anecdot. *Tom. V. pag. 95* -- *Patena autem vocatur, ubi conſecratur oblatio, quia Myſterium in commemoratione offertur Paſſionis Domini* -- Ex ordine celebrandæ Liturgiæ in Regno Prætre Joannis ex opere Luſitano, & poſtea Italico Franciſci Alvarez -- *Lancem* (ideſt Patenam) *cum Sacramento porrigit ei, qui legit Evangelium Diaconus, Sacramentum*

in

in lance ſumens , manuque dextra tenens ; minutim diſtribuit (*) Scimus etiam ex

---

(*) Nemini latet primævis temporibus fuiſſe in moribus , quod Diaconi tam Panem , quam Calicem communicantibus diſtribuerent . Juſtinus Martyr *Apologia* II. *pag.* 97. *Poſt quam Præſidens gratiarum actionem perfecit , & Populus univerſus apprecatione læta eam comprobavit ; Qui apud nos vocantur Diaconi , ſeu Miniſtri diſtribuunt unicuique præſentium , ut participet eum , in quo gratiæ actæ ſunt , panem , vinum , & aquam ad abſentes perferunt* . Nam & aqua olim offerri ſolita tradunt abunde Liturgici , inter quos Eminentiſſimus Bona *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Sequioribus autem temporibus Presbyter plerumque panem , Diaconus Calicem miniſtrabat. Nec deſunt Canones ab hujusmodi munere Diaconos prohibentes , ſaltem ſine neceſſitate . Concilium Arelatenſe II. *Canone xv. Conciliorum tom. v. pag.* XV. *Diaconus Corpus Chriſti præſente Presbytero tradere non præſumat : quod ſi fecerit , ab officio Diaconi obſcedat* . Concilium IV. Carthaginenſe *Canone xxxvIII. Conciliorum tom.* II. *pag.* 1440. *Diaconus præſente Presbytero Eucbariſtiam Corporis Chriſti Populo , ſi neceſſitas cogat , juſtus eroget* . Nicænum I. Generale *Canone xvIII. Conciliorum tom.* II. *pag.* 42. Videtur nonnullis illud etiam

ex uſibus antiqui Ordinis Ciſtercienſis Diaconum unà cum Vino Panem in

---

etiam prohibuiſſe, ſed ſi ſatis recte, ipſi videant. Obſervandum autem, quod ſi ageretur de legitime abſentibus, vel ægrotis, tunc eis Euchariſtia per Diaconos mittebatur. Conſule Juſtinum *Apolog.* II. *pag.* 91. Ex hujuſmodi autem privilegio Diaconis conceſſo, aptiſſime arguit Bingamus *Orig. Eccleſ. tom.* I. *pag.* 308. malè tentatum fuiſſe ab Baronio locum Ambroſii, ubi S. Laurentium, Sixtum Epiſcopum ſuum, morti proximum, ita compellantem inducit: *quod in me ergo diſplicuit, Pater, cui commiſiſti Dominici Sanguinis Conſecrationem: cui conſummandorum conſortium Sacramentorum, huic conſortium tui ſanguinis negas*. Qua difficultate irretitus Baronius ad annum CCLXI. *num.* VII. niſi confiteri teneretur, Diaconis tertii Sæculi Romæ conficiendæ Euchariſtiæ poteſtatem fuiſſe, ut ſomniarunt Hoſpinianus, & Grotius *de Cœn. Dom.* quem confutavit Petavius, in textu errorem ſubeſſe opinatus eſt, & pro *Conſecrationem* legi debere *Diſpenſationem*. Quam correctionem Editores nonnulli textui inſerere non veriti ſunt, contra omnes Ms. quos conſuluit Hubertus in notis ad Pontificale Græcorum *pag.* 291. In hos inſurgit Bingamus, contenditque, locum Ambroſii non explicandum

de

in Patena offerre conſueviſſe Sacerdoti -- *Et ſtatim poſt Oremus apertis manibus*

---

de conſecratione elementorum ab Epiſcopo facta, ſed, ut illic exprimitur, de *conſortio Sacramentorum conſummandorum*: hoc eſt de Calice, cum conſueta verborum formula Populo exhibendo. Quod ex more loquendi iſtis temporibus uſitato *Miſterialis Conſecratio*, vel *Sacramenti conſummatio* dicebatur, quandoquidem ad Euchariſtiæ Sacramentum accedentes Chriſti Sanguine conſecrabantur. Hæc eadem ſentit laudatus P. de Berlendi in Eruditiſſimo Opere *de oblationibus pag.* 142. *editionis Balleonianæ* 1743. additque teſtimonium Angelì à Nuce in *Cronico Caſſinenſe num.* 1816. *diſpenſando quippe Diaconus conſecrat Populum*. Quod reſponderet ſenſui S. Anſelmi, qui *cap.* 11. *Lucæ* diſſerens de infantibus antiquitus poſt Baptiſmum communicatis, ait: *traducant eos ad Sanctam Altare conſecrandos victimæ Divinæ Euchariſtiæ*.

Mihi vero hæc perpendenti alia explicandi S. Ambroſii ratio ſuppeteret, quam erudito Lectori veluti ſimplicem quandam conjecturam propono, vel admittendam, vel ſomniantium nugis accenſendam. Compertum eſt, & ego ſuperius innui, temporis proceſſu, multiplicatiſque fidelibus Calicem unum in Altari non fuiſſe ſatis; ſed interdum pluri-

nibus de Offertorio (25) *tenens ſiniſtra manu Calicem , dextera autem Patenam, offerat utrumque ſimul Sacerdoti* -- Qualem vero ex Miniſterialibus iis , & præ-

---

plurimis uti oportuiſſe . Tunc priuſquam Divinus Sanguis fidelibus præberetur , Diaconus è Calice Sacerdotis conſecrati Sanguinis portionem in Calicem alterum Miniſterialem (ſive *Scyphum* appellare mavis juxta illorum temporum morem) refundebat : itaut Calix hic Sacroſanctæ illius mixtionis vi conſecrabatur , & *conſecratum* , vel *initiatum* appellabant . In vita S. Remigii ſecundum Hincmarum , & Flodoardum legitur: Sanctum Virum Eccleſiæ Rhemenſi Calicem Miniſterialem dono dediſſe , ubi inſculpta legebantur

Hauriat hinc Populus Vitam de Sanguine Sacro
Injecto , æternus quem fudit vulnere Chriſtus
Remigius reddit Domino ſua Vota Sacerdos.

Et in tertio Ordine Romano: *de quo* (Calice minori) *parum refundit Archidiaconus in Scyphum , ut ex eodem Sacro Vaſe confirmetur Populus* . Hinc mihi locus ariolandi datus : ne fortaſſe mixtio hæc per Diaconos facta *Conſecratio* diceretur .

(25) Offertorium hic ſumitur pro panno oblongo , quo ab Diacono Sacra Vaſa obvolvebantur .

prægrandibus Patenis ſimul cum oblatis, una tantum manu Diaconus ſuſtinere potuiſſet? Neceſſe ergo hic de parva, & Sacerdotali Patena loqui.

Dubium autem movebit aliquis, quomodo in minori hac Patena tot oblatæ conſecrari poterant, quæ univerſo Populo communicanti ſufficerent? Si de primævis Eccleſiæ temporibus agatur, quando Fideles integros Panes offerebant, eoſque immenſo Populo, ut diximus, diſtribuendos, vix Sacculi capere poterant, urget certe dubitatio. At tunc temporis conſecratio peragebatur, vel in *Chriſmali*, (26) nobis *Corporale*, ſuper Altaris menſa expanſo, vel in caniſtris vimineis, ut putat Calvorius, ſeu in eodem Altari Antimenſiis ſtrato. Vergente autem ætate, nec Panes integri oblati, nec tantus communicantium numerus erat: Et quæ tunc fuerint immolandi Panis circumſtantias aperit

(26) Chriſmalia vocabantur etiam veſtes, quibus recens Baptizati amiciebantur: ut legitur in Libro S. Hilarii Epiſcopi Pictavienſis apud Mabillonium *Præfation. ad Sæculum IV. pag. 372.*

aperit Concilium Toletanum XVI. habitum deſinente Sæculo VI. in quo Patres reprehenſis Sacerdotibus nonnullis, qui Panem *uſibus ſuis præparatum*, nondum enim ritus hujuſmodi Panes offerendi exoleverat, in Sacrificium adhibebant, decernunt — *Panem non niſi integrum* (27), *& nitidum, qui ex ſtudio fuerit præparatus, neque grande aliquid, ſed modicam tantum oblatam offerant ſecundum quod Eccleſiaſtica conſuetudo retinet*. (28) Integras, igitur, Hoſtiarum formulas loco integrorum Panum ſuceſſiſſe in comperto eſt: quales ſcilicet in ferro characterato imprimebantur. Nam

(27) Jubet Canon, Panem integrum deſerri, quia, ut ex ipſius ſuperioribus verbis patet: *de Panibus, ſuis uſibus præparatis, cruſtulam in rotunditatem auferebant, eamque pro Sacrificio Altari offerebant*.

(28) Miror producto Canone, hoc, ceu argumento principe, pugnare viros doctos pro adſtruendo vulgari fermentato pane, in id tempus adhibito: cum è contra hic haud obſcura pateant hodiernarum minuſcularum hoſtiarum veſtigia.

(29) Nam in *libro 2. de miraculis S. Wandregeſilii Abbatis capit. ultimo*, apud Mabillonium de Azymo *pagina* 580. *tom. 2. Præfat.* legitur quandam piam fœminam, quæ meritis Sancti Viri anno

(29) Ex opuſculo, quod ex Vaticana Bibliotheca erutum, eique ab Eminentiſſimo Bona communicatum edidit primùm Mabillonius ad calcem diſſertationis de Azymo, cuique Titulus *Revelatio, quæ oſtenta eſt Venerabili viro Eldelfonſo Epiſcopo* apertiſſimè patet: jam ab anno DCCCXLV. quo Revelatio contigiſſe perhibetur, morem inoleviſſe in oblatis literas, & monogrammata, ope ferri candentis, in quo dequoquebantur, imprimere -- *Cætera vero nomina*, ait Auctor, *ſicut mihi revelatum eſt per Spiritum Sanctum, non debent in Notis ſcribi, niſi unum ex iis tribus, quale: vis XPI*; aut *IHC*, aut *DS*: Non *DNS*, non *REX*, non *PAX*, non *OMNIPOTENS*, non *VITA*, non *PANIS*, *ut quidam Apocryphi putant: niſi tantum in una parte XPC* in alia *CRUX cum duobus literis ita A* ✱ *Ω* -- In Synodo IX. Diœceſana Peruana celebrata in Civitate Regum anno 1602. ſub S. Torribio edita Romæ 1673. *cap. XXXII. pag.* 349. ſtatuitur, ut nullo modo Hoſtiis, iis Crucibus figuratis, Epiſtolæ obſignentur.

anno DCCCXII. ſanata fuerat -- *oblatas, quas oblatura Domino in craſtinum erat formaſſe, tum acceſſiſſe ad ignem, & ferrum, quo imprimenda, & decoquenda erant oblata*, (*Oblatorium* vocat ferrum iſtud Auctor ejus temporis) *arripuiſſe*. -- Unde Humbertus in reſponſione ad Michaelem vocat has: *Tenues oblatas* -- *Tenues*, inquit, *oblatas ex ſimila integras, & ſanas Sacris Altaribus nos quoque ſuperimponimus; & ipſis poſt conſecrationem fractis cum Populo communicamus* -- (30) Obſervandum inſu-

(30) Id genus tenuioris *Oblatæ*, ſeu, ut aliis placet, *Obliæ*, non rarò etiam fiebat ad uſum communem, teſtante Ulderico in *Lib.* 1. *capit.* 20. ubi ait -- *in quinquageſima ſolere apponi ea, quæ in ferramento characterato de conſperſione farinæ tenuiſſimæ fiunt, & ab Hominibus Romanæ linguæ* Nebulæ, *ab Noſtratibus* Oblatæ *appellantur* -- Hoc eodem nomine vocantur in Officio Sabbathi Sancti, cui Titulus, Eruditis hucuſque ignotus, *de Ritu Communiæ*: quem ego ex Ms. Codice 186. Bibliothecæ Vindobonenſis excripſi -- *Manſionarius ita indutus cum uno Presbytero, & duobus Sociis portant aquam benedictam nebulas*

inſuper eſt , non integras hoſtiarum formulas , licet integræ offerrentur , communicanti porrectas fuiſſe , ſed ſicuti formulæ hæ pro quinque , ſexve hoſtiis imprimebantur , ità unaquæque earum quindecim , vel ſexdecim communicantibus ſatis erant . Quapropter Formulas has Syri , & Alexandrini variis laterculis diſtinguebant , ſingulis ſingulas Cruces imprimentes ; quas inde juſta Catechume-

D norum

nebulas & frondes Lauri euntes per Domos ſuæ Parrochiæ ſaltando ſicut prius , & ſonando Phinobolium (genus inſtrumenti pulſantis , vel percutientis , Lexicis omnibus ignotum) *Presbyter ter ſalutat Domum , & ſpargit aquam , frondem Lauri ponit in loco, & de Nebulis dat Pueris Domus* -- Burchardus etiam Monachus in Libro de Caſibus Monaſterii Sancti Galli , agens de Norberto Abbate , ait ; eum conſtituiſſe, quod Hebdomade Paſchali vinum , & oblatæ Monachis darentur . Nebulas autem has videntur non abſimiles fuiſſe *Eſcaritis* Veterum ; paſtillis , ſcilicet , & bracteolis quibuſdam , apponi ſolitis ad finem Menſæ : ut ex Atheneo ſcribit Rhodiginus *libr* 26. *cap.* 21. Hinc Plautus Mulieres , ex hujuſmodi panificii ratione , vocat *Eſcarulas* .

norum numerum diſſecab
exemplari , quod in Tabu
betur . Nec omnes , qua
tur , conſecrabantur , ſed u
do Romanus , *tanta ab*
ſuper Altari ponebantur , qua
Populo ſufficere . In conſecr
tum Epiſcoporum , Sacerd
Virginum , una oblatæ for
que integra conſecrata in
præbebatur ; Epiſcopo nem
cerdoti in dies quadraginta
tè Sacerdoti recens initia
octo , ut conſtat ex Ordine
(31) & ex Epiſtola ſecun
ti Carnutenſis Epiſcopi ad
mendoſè in editis *Finardum* .
Virgines , morem oſtendit
nius loco laudato *pag.* 54
Pontificali Bibliothecæ Mo
Benedictinorum apud Rem *. uſ-*
quam communicaverint (Virg ſcilicet,
& Parentes ejus) *reſervent in diem octa-*
vum ,

(31) Ord. Rom. *Tollit Pontifex Oblatas integras , & dat ſingulis Novitiis Presbyteris , ut inde communicent uſque octo dies .*

unicent -- In *dies octo*
abilloni[illegible] , nam ex
Presbyteri *quotidie*
ata formula particu-
nicabant . Ex iis ita
: dubitatio, an vi-
dotales poſſent tan-
lem capere , quan-
:ium numerus exi-
inſpicientibus Pate-
:ornelienſem , con-
fuiſſe duplo majo-
orbiculis , quibus



talium Patenarum
ous pro operculo
alis editus ab Iſaa-
221. -- *Secundarius*
n Calicem immittens,
Quod ſi aliter res
ſe haberet , ... & impropriè my-
ſticam eorum ſignificationem expo-
ſuiſſet B. Albertus *Tractat. de Miſſa* 3.
cap. 4. -- *Calice utimur pro Sepulcro* ,
Patenam pro lapide ad os Monumenti poſi-
to , *pallis* , *&* *corporalibus pro Sindone* , *quo*
involutum fuit Corpus Dominicum ab Joſepho
pietatis officio : & hoc habent metra iſta

Ara Crucis , Tumulique Calix , Lapidisque Patena,
Sindonis officium candida byſſus habet. (32)

Id vero ſaltem poſterioribus Sæculis eveniſſe credimus. Nam olim oblationes tum Panis, tum Vini velo operiebantur, ſi vera docet Dionyſius Areopagita, aut quisquis tandem fuerit Auctor *Hierarchiæ Eccleſ. capit.* 3. *num.* 3. §. 8. *Coopertus quidem divinus ille Calix, Paniſque propoſitionis proponitur*; Idque eâ peragebatur diligentia, ac

(32) S. Germanus in Theoria *Tom.* 2. *Bibliot. Patrum Græcorum* : *Iliton ſignificat ſindonem, in qua involutum eſt Corpus Chriſti de Cruce depoſitum, & in monumento poſitum*. Iſidorus Peluſiota ad Dorotheum Epiſtola 2. lib. 1. *Parva illa Sindon, quæ ſub divinorum myſterio expanſa eſt, Joſephi ab Arimathea officium eſt*. Germanus *in Hiſtoria Eccleſ. capit.* 153. *Diſci velamentum eſt pro ſudario, quod erat ſuper faciem Chriſti circumtegens illud in Sepulcro*. Synodus Spoletina anni 1583. ſub Petro Urſino 1584. *pag.* 31. *Eucbariſtia ſervetur Mundo corporali, quod maximè convenit in illius Sindonis memoriam, quo prætioſiſſimum Corpus Paſſionis tempore obvolutum fuit.*

ac cura ; ut Gregorius Turonen. *Hiſtor. Franc. lib. 7. capit.* 22. vetuit ad hoc munus addici velum, quamvis pretioſiſſimum, eo quia tenue, & pellucidum minutioribus abigendis immunditiis non ſatis aptum videbatur : *Coopertorium vero, quia rarum eſt, non ponatur ſuper munera Altaris.* Ex quo loco, alteroque ejuſdem Gregorii *de Miraculis S. Martini lib. 2. cap.* 25. eruitur, morem hunc ad ſextum uſque ſæculum perſeveraſſe : *Miſterioque Corporis, & Sanguinis Chriſti pallâ ex more cooperto.* At fortaſſe tunc temporis exoleſcere incæperat: quandoquidem S. Abbas, & Martyr Maximus C. P. qui obiit anno 662. in Notis ad laudatum locum *Hierarchiæ Eccleſ. in Biblioth. Combefeſiana PP. tom. 2. part. 1. fol.* 132. aſſerat, ſolum Panem ſuâ ætate cooperiri conſueviſſe.

Tertius noſtrarum Patenarum Miniſterialium uſus is erat: cum, ut diximus, ſinguli ſingulas hoſtiarum formulas offerrent, & una earum pluribus ſufficeret ; ſæpius eveniebat, ut licet earum numerus communicantium numerum æquiparaſſet, plurimæ

tamen adhuc ſupereſſent. Hæ igitur Patenis imponebantur ab Archidiacono, à quo Eccleſiæ Cuſtodi tradebantur, ut illas ſervaret. Ita Auctor libri de Ordine Romano -- *Apportante Archidiacono oblatas in Patena ab nullo immolatas, accipiat ex illis quantum ſibi ſufficere videtur, & alias Archidiacono reſtituat, quas ille Cuſtodi Eccleſiæ ad obſervandum committit* -- Quæ ſic in Secretario cuſtoditæ uſui erant, ſi quando nemine offerente Miſſa celebranda erat, aut in eulogiis benedicebantur, quod quotidiè apud Monachos actitabatur. Certe, ut advertit Mabillonius, non ſingulis diebus, ſed Dominicis tantum diebus à Viris, & Mulieribus fieri debere oblationes, exigit *Concilium* Matiſconenſe *Anno DLXXXV.* celebratum *Can. IV.*

Quartum Patenarum uſum ex illà conſuetudine eruerem, quâ primævis Eccleſiæ temporibus Fermenti particula ab Epiſcopo celebrante mittebatur Sacerdotibus ſacrum agentibus in Titulis, & Cœmeteriis, ſaltem tempore perſequutionum, cum frequentius ibidem Sacri Conventus fierent, &

Di-

Divina Myſteria peragebantur . S. Innocentius Papa in Epiſtola ſua ad Decentium Epiſcopum Eugubinum *data* XIV. *Kalend. Aprilis* Theodoſio Auguſto VIII., & Palladio V. C. Coſs. hæc habet : *de Fermento vero, quod die Dominico per Titulos mittimus, ſuperflue nos conſulere voluiſti : cum omnes Eccleſiæ noſtræ intra Civitatem ſint conſtitutæ ; quarum Presbyteri, qui die ipſa propter Plebem ſibi creditam nobiſcum convenire non poſſunt, idcirco Fermentum* (33) *ab Nobis confectum per Acolytos ac-*

---

(33) Adverte hic, voce *Fermenti* non *Fermentatum panem* intelligi, ſed *Azymum*, ut eruditiſſime demonſtrat toties laudatus Thomaſius in ſua de Priſci Fermenti nova expoſitione apud Ciampinium *loc. cit. pag.* 103. Miſticè enim vox hæc deſumenda eſt : quia cum Presbyteri Titulorum ob plebem ſibi commiſſam cum Pontifice convenire non poſſent, Fermentum ab eo accipiebant ad Communionis teſſeram, & charitatis mutuæ vinculum, & membrorum cum capite nexum. Sicut enim modicum fermentum totam farinæ, cui injicitur, maſſam fermentat, ſic unicum illud Pontificis fermentum per Titulos miſſum veluti unam maſſam Fideles unius

accipiunt ; ut ſe ab noſtra communione maxime illa die non judicent ſeparatos . Cum autem hujuſmodi delationis munus ad Acolytos ſpectaret ; fortaſſe juxta conjecturam Ven. Cardin. Thomaſii ex eorum numero unus erat Tharſitius ille , Romanæ Eccleſiæ Acolytus , & poſt medium tertii a Chriſto nato ſæculi martyrio coronatus . Quem Pagani , ut in Martyrologio Romano dicitur *xv. Auguſti* , cum inveniſſent Corporis Chriſti Sacramenta portantem , cœperunt diſquirere , quid gereret . At ille indignum judicans porcis prodere margaritas , tamdiu ab illis mulctatus eſt fuſtibus , & lapidibus , donec animam exhalaret. Presbyteri enim Titulorum Miſſas non celebrabant , vel certè non conſecrabant , ſed cum Clericis , & Plebe exſpectabant eatenus , quoad Acolytus conſecratum ab Pontifice fermentum .

unius Urbis copulabat , *quia* unus Panis : inquit Apoſtolus , unum Corpus multi ſumus omnes , qui de uno Pane participamus . -- Fermentum igitur Eccleſiaſticum miſtica tantum ratione hujuſmodi nactum eſt nuncupationem .

tum attuliſſet . Tunc de more ſacra peragebant , & Fermenti particulam tribus vicibus conſignando , & dicendo *Pax ſit vobiſcum*, ut nobis quoque hodie mos eſt , in Calicem immittebant. His ex Ven. Thomaſio præmiſſis, inquirit Ciampinius *de Azymo pag.* 177. quonam modo Acolyti fermenta hæc deferrent . Et putat id factum fuiſſe in Patenis Vitreis , utpote nitidioribus & purioribus : & quarum uſum in Eccleſia inferius patebit.

Hujuſmodi autem miſſionis ritus ad anteriora ſæcula referendus eſt : nam in Ritualibus xi. & xii. altum de ea ſilentium. Unde ad annum circiter M. duraſſe crediderim , poſtea intermiſſum, tùm quod paullatim Sacri Ritus mutationem ſubierint , tum quod ob frequentiores Urbis per ea tempora perturbationes , ſæpius Romani Pontifices Româ diſceſſerint ; quibus abſentibus , & Fermentum ab eis confectum omnino ceſſavit . Id verùm in Eccleſia Orientali citius eveniſſe videbitur alicui : nam Synodus Laodicena habita ſub Sylveſtro Papa I. ſcilicet Sæculo iv. *Can. xiv. Tom.* 1. *Con-*

cil.

cil. pag. 1557. expreſsè vetuit: *Ne ſancta inſtar benedictionum in Feſto Paſcha in alias Parochias tranſmittvntur*. At verba hæc Binius explicat pro Eulogiis benedictis, non pro Sanctiſſima Euchariſtia.

Præter hæc alteri muneri deſtinatas fuiſſe Patenas Sacerdotales opinor; ſervandæ ſcilicet Euchariſtiæ, poſtquam peracta erant Sacroſancta Myſteria: Anaſtaſius in Innocentio & Hilario, ait ad hunc uſum fuſas fuiſſe *Turriculas*, & *Columbas*, *Patenas*. Et in Sylveſtro I. aſſerit Conſtantinum in cuſtodiam Sacri Corporis Chriſti obtuliſſe: *Patenam ex auro puriſſimo unam cum Turre & Columba*. Certum eſt ulterius in *Turriculis* & *Columbis*, vel in Turriculis quibus Columbæ incubabant ſervari Corpus Chriſti. Quod ſi Patenæ adjungebantur nil magis obvium eſt quam credere idem Sanctiſſimum Corpus Patenis impoſitum vel *Turriculis*; vel *Columbis* includi arctioris cuſtodiæ cauſa.

Modo poſtremum Patenarum Sacerdotalium officium proſequar. Pacis oſculum in Miſſæ Sacrificio dari ſolitum omnibus patet. Hujuſmodi oſculum

lum ἀσπασμὸν vocabant Græci, eumque Chryſoſtomus dicit ἀσπασμὸν τρικυδίστατον *tremendum oſculum*. *Serm. de Prodit. Judæ*, ſeu *Homilia xxx. Tom. v. edition. Pariſien. pag.* 461. Meminere hujuſmodi moris Cyrillus Hieroſolymit. *Catech. Myſtag. cap.* 5. ubi ait Diaconum clamare: *alii alios amplectimini*, & *oſculemur Nos invicem*: Seorſim vero ab Hominibus Homines, ab Mulieribus Mulieres oſculabantur: quibus ob hanc potiſſimam cauſam locus ſeparatus in Eccleſiis aſſignabatur *Matroneus* dictus. Ejuſdem ritus meminere Liturgiæ S. Marci, e Sanctorum Jacobi, Baſilii, & Gregorii Nazianzeni: Miſſale item Mozarabicum Gothicum, & Gallicanum Antiquum ab Ven. Card. Thommaſio publicâ luce donatum. De eo etiam Dionyſius Areopagita *capit.* III. *de Eccleſ. Hierarch. ſect.* VIII. *coopertus Divinus ille Panis*, & *Calix benedictionis proponitur*, & *diviniſſimum oſculum celebratur*. Hinc patet quam latum errorem erret Berno *de Offic. Miſſ.* hujuſmodi inſtitutionis Auctorem faciens Leonem II. cujus ſputum lingit Platina in ejus vita, & Walafridus

Strabo

Strabo *de reb. Eccleſ. cap.* 22. qui id tribuit Innocentio : *Pacem , ait , ante Communionem dari Innocentius Papa decretis ſuis inſtituit : & quod in Oratione Sancta ſub ſponſione remiſſionis promittimus , pacatos Nos ipſos opere demonſtremus.* Errandi occaſionem dedit conſtitutum ipſius Innocentii , quo vetuit , oſculum in Miſſis dari ſolitum , non niſi poſt peracta Myſteria præberi , ut ex ejus literis ad Decentium *Tom.* III. *Concil. pag.* 4. *recent. edit.* quod etiam ſtatuit Concilium Francfortdienſe anni 794. ſub Hadriano PP. *Canon.* 50. *Tom.* IX. *Concil. pag.* 107. (34) Oſculo verò in deſuetudinem acto , oſculabatur Patena , quam Sacerdos prolatis verbis *Da propitius pacem* accipiebat ab Acolytis . Unde Ordo Romanus -- *Dum dicitur ab Pontifice* -- Da propitius pacem -- *accipiat ab Acolytis Patenas* -- Idem habetur in Ordine Miſſæ Romanæ , quem edidit Burchardus : quod

(34) Pax , quæ datur in Miſſa, unde originem traxerit, & quando inoleſcere cæpit , latè proſequitur Carolus Antonius de Luca *ad diſcept. Gratian. Animad. ad capit,* 538. *num.* 12. *tom.* 3.

quod etiamnum in nonnullis Eccleſiis in Galliis obtinere , teſtatur Du-Vert *Tom. 1. pag.* 243. alterius editionis : *a Reims a la Rochelle , & en d' autres Egliſes , on obſerve encore de preſenter la Patene a baiſer en ſigne de paix* . Admonetque P. D. Paulus Paciaudus Cl. Reg. alibi fuſius laudandus , hunc eundem morem ſervari adhuc in Sabaudia, ut ipſe ſuismet oculis vidit . At ſi poſteriora ſæcula conſulemus, in Provincia Aquenſi vetitum fuiſſe morem hunc conſtat *ex capit. de celebratione Miſſæ* Concilii Provincialis Aquenſis anno 1585 in Collectione Concilior. Noviſſim. Galliæ per Ludovicum Odeſpun *Pariſ.* 1646. *pag.* 456. -- *Cum poſt Offertorium in Miſſa Oblatio Populo fit , Sacerdos ne Patenam deoſculandam illi præbeat; ſed Tabellam aliquam pictam* , (35) *vel*

(35) Imagines has vulgari vocabulo *Pacem* dicimus . *Aſſeres ad Pacem* vocari ab Concilio Oxonienſi habito anno 1287. tradunt nonnulli ex Du-Cangio : ſed Concilium Oxonienſe in hoc anno nullum ; nec in tribus Conciliis Oxonienſibus , quæ habemus , vola quidem hujuſmodi nuncupationis

vel aliam Sacram Imaginem ad hoc adhibeat -- Similia ſtatuit Concilium III. Mediolanenſe anni 1573 *Tom. xxi. Concilior* : *Ne Patena, cum Oblatio ſit, ſed Crux, aut Sacra aliqua Imago offerentibus Fidelibus ad oſculum præbeatur*. Quæ porrò Imago juxta decretum Concilii Auguſtunenſis ann. 1584. debebat eſſe aliquod Concordiæ, & Pacis Symbolum. Et hæc de uſu Patenarum vel Miniſterialium, vel Sacerdotalium.

Inquirere modo non nemo poteſt, cur *Patenarum Miniſterialium* uſus ceſſaverit, & in deſuetudinem abierit? Nam non ultra octavum Sæculum proceſſiſſe

---

nis occurrit. In Mertonenſi verùm, habito anno 1300. *Tom. Conciliorum xiv. pag.* 1277. Imagines hæ vocantur *Oſculatoria*, *& Tabulæ pacis*. In Bajocenſi item ejuſdem anni Tom. eodem Conciliorum *pag.* 132. *Marmora*. Conſonant Statuta Ordinis de Sempringham apud Du-Cange *Tom.* 2. *pag.* 239. *Gloſſar. &* Lapidem Pacis, *quem circumferat Monialibus Sororibus incipiens ſemper pacem dare in dextro cornu*. Ex quibus locis evincitur Oſculi abrogationem antiquiorem fuiſſe, & Patenæ uſum vel citius deſiiſſe, vel non ubique fuiſſe introductum.

ceſſiſſe patet. Heterodoxi, & qui extra Catholicorum caſtra ſunt, plenis buccis aſſerunt, id eveniſſe, poſtquam *Tranſubſtantiationis* Dogma noviter, ut ipſi blaterant, introductum (36) curam, & religionem circa Euchariſtiam auxit: metuſque, ne Sacramentum minus dignè haberetur, uſque adeo invaluit, ut Panem Euchariſticum arctiori cuſtodia ſervaverint, cautumque fuerit, ut omne eum effundendi periculum majori diligentia caveretur. Hac eadem de cauſa abrogatum volunt, una cum publica illa, ac

(36) Vox hæc ab nonnullis Auctoribus Eccleſiaſticis ante Concilium Lateranenſe uſurpata, ab eadem demum Synodo conſecrata eſt ad uſum totius Eccleſiæ, & illius prepetuam de Euchariſtia fidem explicandam. Hujus ergo vocabuli uſum invenerunt in Eccleſia Tridentini Patres, non eum recens induxere; eumque religioſe retinuerunt. Sicuti priſci Patres nomina *Conſubſtantialis* ad perpetuam Verbi Dei Divinitatem exprimendam contra Arianos, *Ingeniti*, *Deiparæ*, *Duarum voluntatum*, &c. inventa fideliter ſervarunt, & ad poſteros veluti Religionis noſtræ depoſitum, fideliter transmiſerunt.

ac frequentiori communione uſum Calicis penes Laicos, admiſſumque, quod in Azymis Sacra fierent, Panemque Euchariſticum ad eam tenuiſſimam formam, quæ hodienum obtinet, redactum. Neque ullus alius locus magis à Proteſtantibus in controverſiis olim exagitatus fuit: eò confidentius, quod majores, denſioreſque tenebræ in iſtius diſciplinæ hiſtoriam irrepſerant. Sed ad nugas has, nugis ipſis nugaciores, exſufflandas demonſtraſſe ſufficeret, eandem ſemper fuiſſe ab primævis uſque, ſequioribus temporibus Catholicorum erga Sanctiſſimam Euchariſtiam curam, religionem, & reverentiam: atque harum augmentum, ſi quod tandem fuerit, ab Tranſubſtantiationis dogmate, utpote recens introducto, non defluxiſſe: adeoque Parenarum Miniſterialium deſuetudinem aliis profectò cauſſis deberi. Hanc ergo levem, facilemque ſpartam paucis adornare mihi operæ pretium viſum eſt: facem præbente, ac eximio veluti ductore præeunte, uno ex tot Doctiſſimis Gallicorum Epiſcopis, qui Gregem ſuum

Mon-

Montiſpeſſulani a venenatis Hæreticorum paſcuis arcens, hoc eodem utitur argumento contra recentiorem Scriptorem, modernumque ab vera Religione miſerum transfugam: cui (ò utinam!) Deus ingenio par lumen ad agnoſcendam veritatem, quam deſeruit, tandem aliquando impertiatur. Ipſe enim poſtquam ex Divo Cyrillo Hieroſolymorum Antiſtitem *Catech. Myſtag.* 5. in teſtem advocavit, ſanctiorem illam curam, ac diligentiam, quâ cavebant Fideles communicantes, nè quid vel minimum de Corpore, & Sanguine Domini in terram decideret, ſubdit: *Vereturne aliquis in Eccleſia Reformatorum, quod micæ Panis in eorum Cœna diſtributi humi cadant? Horrent fortaſſe guttulam Vini diffundi? Ex agendi diverſitate diverſitas etiam fidei arguitur* (37) Inde poſt

E quam

(37) Inſtruction Paſtorale de Monſeigneur l' Evêque de Montpellier a Paris anno 1738. *pag.* 52. *Craint-on dans les Egliſes des Reformès de laiſser tomber la moindre miette du pain, que l' on y diſtribue, & que l' on y mange les jours de Cene? Craint-on*

quam Meletianorum calumniam contra Athanaſium Calicis diffractorem narravit, addiditque, hujuſmodi crimen inter graviſſima adnumerandum eſſe, & ſi verè eum Athanaſius commiſiſſet, ſui depoſitione ab Epiſcopali Sede mulctandum: *propemodum*, ſequitur, *penes Calviniſtas nec dies diceretur inſigniori alicui Miniſtro, nec ei depoſitio comminaretur, ſi Calicem effregiſſet; præſertim ſi ad id peragendum laudabilis cauſa adfuiſſet, uti de Athanaſio ſupponebatur*, (38) Fas ergo ſit & mihi hujuſmodi argumentum proſequi, & ex veneratione, ac reverentia priſcis illis temporibus erga Euchariſtiam adhibita Myſterium Tranſubſtantiationis

---

Craint-on de rèpandre la plus petite goute du vin, que l'on y boit? la diverſitè de la conduite prouve manifeſtement, la diverſitè de crèance.

(38) Idem pag. 53. *Certainement on ne dèpoſeroit point chez les Calviniſtes un Miniſtre accrèditè pour avoir briſe une coupe, dans une circonſtance, ou il croiroit avoir quelque raiſon plauſibile de le faire, comme l'on ſuppoſoit que Saint Athanaſe l'avoit fait.*

nis, ejuſque antiquitatem amplius aſſerere.

Orientales primùm in ſcenam prodeant. Gabriel Filius Tarich apud Renodotium ad Liturgiam Copticam *Tom.* 1. *pag.* 289. poſtquam juſſerat, diligentiſſimè ſervari Calicem Domini ab Diaconis, itaut Juniores hac ſola ratione, quia juniores, ab tali Miniſterio arcerentur, ut eſt ea ætas curæ, & diligentiæ attentioris impatiens -- *Deus*, inquit, *prohibeat, ne per eorum negligentiam quidquid in terram decidat, & ea propter, graviſſimo judicio ſint obnoxii* -- In Collectione Canonum Ebaſſelli *capit.* 13. -- *Ne Calix uſque ad labra impleatur, itaut effluat aliquid, & in terram effundatur* -- Michael Epiſcopus in reſponſionibus præcipit -- . *Quod homini perpetuæ pituitæ moleſtiâ laboranti liceat communionem ſumere, modo ſit valetudo perpetua; Cum vero accidit, ut poſt communionem pituitam egerat, caveat ne in terram projiciat, ſed aſſervet, donec in Mare projecerit, aut in loco mundo ſepelierit* -- Neque aliter ſtatuunt Græci Canonum Interpretes: Joannes Balſamon *in Reſp.* XVII. ad quæſita Mar-

æi Alexandrini circa eos , qui Euchariſtiam vomuerint ; Joannes Citri Epiſcopus erga Eccleſiæ Miniſtros , quorum negligentia aliquid è Diſco, vel ex Calice in terram decidit ; Joannes Jejunator in Novo canone Ms. eodem teſte Renodotio , & Pœnitentiali inedito : in quibus Sacerdoti , & Diacono pro ſimili culpa imponitur pænitentia biennii , & quotidiè Metanoeæ ducentæ (39) & tres anni , ſi animal immundum Sacramenta tetigerit . Idem præcipitur in diverſis aliis collectionibus, & in Codice Syro Colbertino , ſingulare quidquam hoc in genere occurrit . Divinæ enim Providentiæ commendari vult , ſi quid Divini Corporis noſtrorum oculorum aciem fefellerit. -- *Sacerdos poſtquam Diſcum diligenter abſterſerit , & Calicem abluerit , ſi membrum aliquod , hoc eſt Particula Corporis Chriſti remanſerit, ſcientiæ*

(39) *Metanoeæ* Genuflexiones , & inclinationes , quæ Pœnitentibus imponebantur . Græcis autem Μετανοια , *genuflexio* , duplex eſt generis . *Magna* , cum quis totum corpus ; *Parva*, cum verticem tantum inclinat.

tia ſuæ, qui Mundum creavit, remaneat commendatum.

Nec ſecus ſe geſſit Eccleſia occidentalis. Tertullianus *de Corona milit. cap.* III. -- *Calicis, aut Panis etiam noſtri, aliquid decuti in terram anxie patimur* -- Fateor, hic Tertullianum loqui de Calice, ac de Pane communi, non vero de Euchariſtia. Sed verba hæc ideo laudavimus, ut inde liceret cum Baronio anno *lvii. num. clii.* in hunc modum ratiocinari -- *Quanti enim putas feciſſe Euchariſtiam Majores noſtri, qui ob eam videlicet cauſam, quod ex Pane, Vinoque conficeretur, eaſdem ſpecies, quamtumlibet communes, in honore habuere* -- Indeque in morem venit ſumpturis Euchariſtiam apponendi quaſdam *Tabellas* ſpongia perpolitas ab Miniſtris; ut ſi quid forte fortuna exciderit, in illis, eorum mento applicitis, exciperetur. De quibus Joannes Chryſoſtomus *Homil. lxi. ad Populum Antiochenum* -- *Nonne vides Miniſtrum ſpongia Menſam circumlinientem, & expurgantem Domum, & Tabellas ponentem* -- Has quoque innuit Athanaſius *Epiſtola ad ſolitarios*, cum de facinoribus Ariano-

rum agens, ait, -- *Subſellia, Thronum, Menſam, ligneam Tabulam* (40) *Eccleſiæ, & cætera, quæ foras elata, combuſſerunt* -- Cl. Georgius de Liturgia Pontificis *pag. cxix.* putat, hujuſmodi Tabellas vaſa illa fuiſſe *communicales* dicta; quorum mentio apud Anaſtaſium in Leone III. -- *Fecit vero communicales ex argento puriſſimo per ſingulas Regiones, qui præcederent per ſtationes per manus Acolytorum xxxv.* -- Bulengero etiam *lib.* II. *cap. lviii. Communicales* Vaſa ſunt aurea, vel argentea

(40) Ita vocem hanc interpretatur Baronius anno LVIII. *num. cxlviii.* Sed ambigerem ego: namque Altaris cornua, & utramque frontem Eccleſiaſticis Scriptoribus Tabulæ Altaris dicuntur. Vide Anaſtaſium in Vita Pelagii II. *cap.* II. Honorii I. *cap.* II. Leonis IV. *pag.* 481. *editionis Regiæ*. Suppoſitoria aliquando dicta fuiſſe vaſa hæc opinatur Dandinus Altaſerra in Notis, & Obſerv. in S. Gregorii *Epiſt.* 42. *lib.* 4. ubi pro *Suppoſitorum* alii Codices habent *Suppoſitorium*. Certè horum vaſorum Suppoſitoriorum occurrit mentio in donatione Deſiderii Epiſcopi Autoſiodorenſis in Hiſtoria horum Epiſcoporum *capit. xx. Suppoſitorium anaglyphum penſans lib.* 1. *& ſemiſ.*

tea , quæ Communicantibus apponebantur. Bulengerum ſequitur Du-Cangius . At Macrius in Hierolexicò , putat eſſe *Communicale* Vas illud , ſive Calix, in quo Sanguis Domini diſtribuebatur . Cujus ſententia licet ab nonnullis vellicetür, fulciri tamen poteſt teſtimonio Petri Cluniacenſis , qui de quodam indignè communicante narrat -- *eum accepta Communione cum vino , quod ſuſceperat , fruſtra omnia comminuti Corporis Chriſti in Vas , quod ori ejus ſuppoſitum fuerat , refundere coactus eſt* . --

Nec levior cura Fidelibus , ne *Particulæ* , & *Micæ* (41) quæ ex Euchariſtico

(41) Ab Latinis appellabantur Buccellæ , ut ab Auguſtino ſæpius , *Micas* vocat Paſchaſius circa annum 820. in Libro de Corpore , & Sanguine Domini *capit. xvii.* -- *Dum communicas , dilata ſinum mentis tuæ* , *& percipe non quantum exhibet Mica , ſed quantum Fides capit* . -- Ita opinatur vir doctus Sacrorum Rituum recens Scriptor . At pace tanti Viri aliter ſentirem . Nam Buccellas has , & Micas non eas eſſe crederem , quæ Communioni ſuper

eo Pane Clero, Populoque eroga-
to ſupererant, incurioſè, indecenter-
que perirent. Munus etenim Diaco-
norum erat, eas inferre in Paſtopho-
ria, in quibus res Sanctæ, & ad Al-
tare pertinentes reponebantur. Liber
Pontificalis editus ab Iſaaco Huberto
Pariſiis 1676. *pag.* 220. -- *Secundice-
rius Diaconorum, ſumpto in manus Sacro
Diſco, & ſpongia, omnia in Sanctum Ca-
licem reponit, cum ſollicitudine omni, &
cautione*

ſuperſunt; ſed potius quæ ab Diaconis ef-
fractæ, & comminutæ Communicantibus
porrigebantur. Unde locus Paſchaſii extra
chorum eſt eorum, quæ ab Nobis hic agitan-
tur. Ab Græcis etiam Particulæ Commu-
nicantium vocabantur κλάσματα, fragmenta,
& μερίδες, particulæ. In Pontificali Haberti
τὰς μερίδας reddit Doctiſſimus Interpres *Par-
ticulas*. Apud Evagrium ἅγιαι μερίδες, San-
ctæ Particulæ. Carbones etiam dictas fuiſſe
alibi obſervavimus, & equidem ex Ritu
Mozarabico Hoſtia conſecrata dividitur in
novem particulas, quæ ex ejuſdem præ-
ſcripto vocantur -- *Corporatio*, *Nativitas*,
Circumciſio, *Apparitio*, *Paſſio*, *Mors*, *Re-
ſurrectio*, *Gloria*, & *Regnum* --: quarum
ſeptem ab Sacerdote ſumuntur, binis, quæ
Gloria, & *Regnum* ſunt, in Calicem im-
miſſis.

cautione , ita ut nihil vel tenuiſſimum decidat , vel relinquatur -- Origenes *homilia* 13. *in* Exodo -- *Corpus Chriſti cum omni cautela , & veneratione ſervate , nec ex eo parum quid decidat , nec conſecrati muneris dilabatur* -- Vide Cyrillum Alexandrinum *Cathech.* 5. *Myſtago.* & dilucide rem firmantem Auguſtinum *hom.* L.

Poſtquam vero Diaconus *Particulas* , vel *Micas* has , ſeu Communioni ſuperfuiſſent , ſeu inter frangendum Panem proſiluiſſent , intulerat in Paſtophorium (quem morem reſpexiſſe crediderim Auctorem Conſtitut. Apoſtolicarum *lib.* VIII. *capit.* XIII. -- *Cum univerſi , & univerſa communicaverint , accipientes Diaconi , quæ ſuperſunt , inferant in Paſtophoria*) inde poſtmodum deſumebantur innocentibus Fidelium Pueris diſtribuendæ . Sic enim faciendum juſſit Concilium Matiſconenſe II. in Gallia , habitum anno DLXXXV. ſub Pelagio II. apud *Delectum Actor. Eccleſiæ univerſ. pag.* 396. *Can.* VI. -- *Quæcumque Reliquiæ Sacrificiorum , poſt peractam Miſſam in Sacrario ſuperſederint , quarta , vel ſexta feria Innocentes ab il-*

lo , cujus intereſt , ad Eccleſiam adducantur , & indicto eis jejunio , eaſdem Reliquias conſperſas vino (ut eas Pueruli quoque facilius deglutirent) *percipiant* -- Et Evagrius *lib.* IV. *cap.* XXXVI. idem iſtud Conſtantinopoli anno DXCVI. fieri conſueviſſe, auctor eſt -- *Vetus eſt conſuetudo Conſtantinopoli , ut quoties ex Sacris partibus immaculati Corporis Chriſti Dei noſtri magnus numerus ſuperfuerit , Pueri impuberes ex his , qui Grammaticorum ſcholas frequentant , evocentur , qui eas manducent* -- Similia habet Nicephorus Callixtus *lib.* XVII. *capit.* XXV. additque hanc conſuetudinem ſua adhuc ætate viguiſſe (anno ſcilicet MCCCXXXIII.) ſibique quoque ſæpe numero contigiſſe, cum Pueris aliis in literario ludo frequentibus , ad edendas has Sanctas Reliquias evocari . Ibique narrat hiſtoriam notatu dignam , de Puero Vitrarii cujusdam, qui cum renunciaſſet Patri , ſecta Judæo , ſe ſimul cum aliis Pueris coævis , Euchariſtiam in Eccleſia ſumpſiſſe , ab eo ira ſuccenſo in fornacem , qua Vitrum formare conſueverat, conjectus , inde Divino opitulante Numine

ne illæſus evaſit . Quam narrationem proſequitur etiam Evagrius loco ſuperius laudato , & Gregorius Turonenſis de Gloria Martyrum *lib.* I. *capit.* x. *per totum* . Concilium item Turonenſe III. *Can.* XIX. *Tom.* IX. *Concilior. pag.* 351. *recent. edit.* -- *Presbyteri Pueris , aut aliis quibuslibet Perſonis adſtantibus Corpus Chriſti indiſcretè non tribuant* -- (42) Guibertus Abbas *Lib.* I. *de pig. Sanct.* & Gilbertus Porrectanus apud Lucam Dacherium teſtantur hanc Puerorum communionem duodecimo ſæculo in Gallia duraſſe adhuc .

Hujuſmodi cura , ac religioſa ſollicitudo , ne quid Sacratiſſimi Panis peſſum iret , illi eidem reſpondet ex æquo , quam impendebant , ut Panis ipſe per quam mundiſſimè conficeretur , vinumque Calici , nonniſi ab omni

(42) Nota hic obiter , licuiſſe olim , ut nunc Sacerdotibus , Communionem his negare , quos noverint indignos , qui eam exciperent . Synodus Iſclana 1716. *part.* 2. *capit.* VII. *num.* 23. *pag.* 122. Caſtellenat. 1595. *de SS. Euch. capit.* 8. *pag.* 70. Provincial. S. Severinæ 1574. *de SS. Euch.* §. Mandent. &c.

omni labe defecatiſſimum infunderetur: diris, & maledictis ſuppoſitis iis, qui ſecus facere auſi eſſent. Omitto morem Monachorum Cluniacenſium, apud quos, Panes ad uſum Sacrificii, ſtatutis ritibus formabantur, docente Aldarico *in lib.* III. *cap.* XIII. Siquidem frumentum granatim electum, ſumma cum reverentia à Monacho albis induto ad farinarium delatum molebatur: cribatâque ſimili ritu farinâ, undâque frigidâ conſperſâ premebatur ad coquendum in ferramentis: quæ *Converſis*, ut vocant, nefas erat aliter pertractare, quam manibus chirotecis indutis. Nam longè ante Cluniacenſes apud Clericos etiam nonniſi ritè hoſtiæ conficiebantur: id curantibus Presbyteris, aut eorum Miniſtris: qui læſæ Religionis ducebant in hoc munere, quid vel minimum peccaſſe. Adeat Lector Card. Bona R. *Lit. lib.* I. *cap.* I. *num.* 12. Idem ſuo tempore factum probat Humbertus Epiſtola ad Michaelem Cerularium. -- *Romana, & Occidentalis Eccleſia à Miniſtris Sacri Altaris in Secretario Azymum, quod ex grano frumenti,*

&.

& limpida lympha fuerat præparatum -- Qua in re incuriam, & irreligionem Græcorum damnat -- *qui fermentatum à quocumque Viro, ſeu Fæmina præparatum habent; in tantum, ut nonnunquam ab ipſis publicis Negotiatorum tabernis, emptum Panem ad Dominicam Menſam transferant, quem tractatum illotis, & ſordidis manibus, negare non poſſunt* -- Et ſi vetuſtiora curamus, Concilium Toletanum XVI. *Can.* VI. præcepit, ut Sacerdotes -- *in Sacrificio Panem non adhibeant, niſi candidum, & nitidum, & ex ſtudio præparatum*. -- Ut ſuperius obſervavi.

Huc advocari poſſunt *Cola*, ſeu *Colatoria*, ſacrorum vaſorum, vel inſtrumentorum genus: *vaſculum*, nempe *gemmis undique ſeptum, per quod foratum ſubtiliſſimè vinum quandoque funditur in Calicem: ne pili, ſive quæ immunda aer movet agitabile valeant admiſceri*. Syon *nominavit Antiquorum docta diſcretio*, uti habemus in geſtis Hugonis Epiſcopi Cenomanenſis, qui obiit anno 1142. *capit.* XXVII. apud Mabillonium *Veter. Analect. tom.* III. *pag.* 354. Huc etiam ſpectare videntur *Flabella*,

quibus

quibus, ut ait Card. Bona *Rer. Liturgic. Lib.* I. *cap.* XXV. *num.* VI. -- *Duo Diaconi ex utroque latere Altaris, muſcas, & alias immundas beſtiolas prætervolantes abigunt, ne Sacra contingant*, Sacra Ripidia -- *vocant Græci : Ripis* enim, & *Ripidion* eis *Flabellum* eſt. (43) In Li-

(43) In Herodoto quidem ab quibuſdam Lexicographis ῥιπίδιον, *caniſtrum* ſignificari obſervatur : eumque vocant *Vas ſacrum è vimine contextum*, *corbem*, *&c.* vel id genus aliud, in quo Sacramentum ad Altare portari conſueverat. *Ripidia* erant quoque *Cartalli*, ſive *Cophini*, in quibus componebatur ſacra ſupellex, cum a Menſa referenda erat in Sacrarium. Cæterum Flabellorum uſum fuiſſe in Liturgiis negat Doctiſſimus Reineſius. Cujus auctoritatem promptiſſimo animo ſequeretur Suicerus *tom.* 2. *pag.* 906. niſi evidentiſſimus obſtaret locus in Liturgia Jacobi *Conſtit. Apoſtolic. lib.* VIII. *capit.* XII. *pag.* 1014. *Duo Diaconi in utroque Altaris latere teneant Flabellum ex tenuioribus membranis, vel ex alis Pavonum, aut linteo, & quietè abigant beſtiolas volantes, ne in Sacra Pocula incidant*. Senſum myſticum in Flabellis aperit Jovius apud Photium Bibliot. CCXXXIX. -- *Cum Corpus Dominicum in Sacra Menſa propoſitum*

Liturgia Chryſoſtomi in Bibliotheca Patrum Græco-Latina *Tom.* 11. *pag.* 78. jubetur Diacono -- *Ventilare reverenter cum Flabello, ſi autem non ſit Flabellum cum operculo Calicis facere* -- Et in altera Liturgia Baſilii *ibidem pag.* 51, mentio habetur ῥιπιδίου ἤκαλαμματος, *Flabelli*, vel *operculi*. In Pontificale Haberti *pag.* 182. -- *Deinde* (Diaconus) *tradit Patriarchæ Flabrum Sanctum dicens etiam* Dignus (44) *eumque oſculatur*: -- Et in obſervationibus advertit Doctiſſimus

poſitum eſt, ideo qui ab utroque latere Sacra Myſteria obeunt, in eorum, qui ſex alas geſtant, symbolum, confecta ex alis flabra ſuper tremenda ibi myſteria agitare, ut ne ſinant initiatos rebus conſpectis inhærere; ſed eos mentis oculos, ſupra id omne, quod cum materia conjunctum eſt evectos, faciant per ea, quæ videntur ad inviſibilem contemplationem, & inexplicabilem illam pulchritudinem aſcendere -- . S. Germanus in Theoria docet his Flabellis ſignificari motus Angelorum ad ſingula Paſſionis momenta ſtupentium.

(44) *Dignus*: acclamationis formula Græce ἄξιος, in ſacris uſui habita: & præcipue in Ordinatione Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi. Vide Suicerum *Tom.* 1. *colum.* 199.

mus Editor -- *Flabella eſſe ex pennis avium contexta* -- Menardus in libro Sacramentorum Gregorii docet, horum Flabrorum mentionem fieri in Chronico Alexandrino *Olymp. cccl1.* -- *poſtquam Sacra Miſteria perceperint, cum Clerici referrent in Scevophylacium veneranda Flabella.* --

Dicant modo, qui de Euchariſtia aliter, ac nos ſentiunt, num tantâ curâ, tantâve diligentiâ ſe geſſiſſent Fideles, circa Sacrum Panem, ſi ab eis, iis quidem vetuſtis temporibus, quando hæc agebantur, *Tranſubſtantiationis* dogma non eſſet receptum, recenſque eſſet ſequiorum ſæculorum inventum?

Quidve poſtmodum de Sacroſanctâ Euchariſtia ſentirent, etiam peractâ conſecratione, abſolutisſque myſteriis aliunde patet ex tot *Vaſis*, ad eam decentius vel adminiſtrandam, vel recondendam paratis: ut jam ſancti Miniſterii, ſacræque ſupellectilis, majorem, pretioſioremque partem efficerent. Ne gravetur Lector nonnullos à me numerari, ut veritas noſtri dogmatis hoc quoque argumento luculentius pateat: quandoquidem, ut

ait

iit toties laudatus Iſaacius Hubertus Epiſcopus Vabrenſis, Doctor Sorbonicus, Regiſque a Conſiliis in *obſervatione* VIII. *ad partem x. Liturgiæ de Miſtic. Commu. pag.* 266. -- *Non eſt exigua, nec imbecilla planè ad veræ Corporis Divini præſentiæ firmandam fidem, tam anxia ſeveræ diſciplinæ ſollicitudo; ita vehementer commendata, ut vetuſtiſſimi Eccleſiæ Scriptores teſtantur*, adeo ut ferme in formulam illud tranſierit, μή εκπεσειντι, *ne quid excîdat*.

CALICES primum numerandi aurei, argenteique, ac miro quandoque opere exſculpti: quorum multiplex copia non raro fidem videatur excedere. Solus Childebertus Rex ex Hiſpania redux in Gallias -- *Sexaginta Calices ex auro puro, ac gemmis pretioſis ornatos Baſilicis dono dedit* -- Teſte Gregorio Turonenſi *Hiſt. Francorum lib.* III. *caput.* x.

TURRIS, ac *Turriculum*, vas aliud, in quo Euchariſtia adſervabatur. Hugo Abbas Fontanellenſis, qui obiit anno DCCXX. -- *Dedit eidem Cœnobio Calicem aureum, & Patenam, penſantem libras quatuor, uncias duas, & Tur-*

riculam auream , penſantem libras ſex -- Gregorius Epiſcopus Turonenſis *de gloria Martyrum capit.* Lxxxvi. de Diacono quodam impuro agens inquit -- *Qui cum tempus ad Sacrificium operandum veniſſet , acceptam* Turrim , *in qua Miniſterium Dominici Corporis habebatur , ferre cæpit ad oſtium , unde è Sacrario in B ſilicam aditus erat* -- Vere mihi hic h ærebat aqua , num fortaſſe τὸ *Miniſterium* pro Sacra Supellectili deſignaretur ; memini enim me legiſſe quandoque etiam Sacra linteamina in his Turribus adſervata . Dubii occaſionem antevertit Mabillonius , qui *in commentario Ordinis Romani pag.* cxi. cenſet in illa Turri contentam ſimul fuiſſe Euchariſtiam , ex Odone Abbate Cluniacenſi *in collat. lib.* ii. *capit.* xxxii. qui eadem cum Gregorio enarrans ait -- *Diaconus Capſam cum Corpore Domini deferens* -- Confer Venantium Fortunatum *lib.* iii. *Carm.* xiii. Cangium in Notis in Paulum Silentiarium *capit.* Lxii. *pag.* 574 docentem ſupereſſe adhuc in Galliis antiquiſſimi moris veſtigia Euchariſtiam in hujuſmodi Turriculis Populorum vene-

venerationi exponendi ; meminique, me Pirmitium, ea eſt Moraviæ Urbs, prætereuntem, unam vidiſſe in Principe Eccleſia ex oricalcho fabrefactam, in qua Sacrum Chriſti Corpus aſſervabatur. Stabant pro ornatu frumenti ſpicæ, & uvarum racemi, oſtiolum, ex quo apparebat hoſtia, eleganter ambientes. In Germania item, ut in Belgio hodienum in Pixidibus Turris ſpeciem præſeferentibus, Fidelibus Euchariſtiam exhiberi, idem Cangius textatur. Pene exciderat in Turri Euchariſtica Pirmitii faſciolam deauratam oſtioli limen circumdare, argenteis literis inſculptam ; *Eſto nobis Turris fortitudinis*.

PERISTERIUM fortaſſe *Loculus*, in quo continebatur Columba, de qua infra, ut videtur laudato Cangio in Notis ad Paulum Silentiarium *pagina* 586.

CIBORIUM (45) ex quo *Pixis*, ſeu

 Buxida,

(45) Paulus Diaconus de Geſtis Longobardorum *Lib.* 3. *capit.* 35. ait Gumtramnum Francorum Regem feciſſe *Ciborium*

Buxida, ut eam vocat Ratherus Veronenſis Epiſcopus *in Oratione Synodica*. Ciborii uſum declarat Mabillonius in *diſſertatione de Azymo*, *capit.* 8. occaſione exponendi Canonem III. Concilii ſecundi Turonenſis, in quo præci-

---

rium miræ magnitudinis, multiſque illud pretioſiſſimis gemmis decoratum, ad Sepulcrum Domini Hieroſolymam transmittere voluiſſe. Sed cum minime potuiſſet, illud ſupra Corpus B. Marcelli Martyris poni curaſſe. In Notis ad hunc locum dicitur *Ciborium* illud *Poculum* fuiſſe. Neſcio, an ſatis rectè: quamvis *Ciborium* aliquando *Poculum* ſignificet, in modum foliorum Colocaſiæ: ut interpretatur Scholiaſtes Horatii ad illud *Carmin. lib.* 2. *Od.* 7.

. . . . . . *Oblivioſo Lævia Maſſico*
Ciboria exple . . .

At Pauli Diaconi locum aliter explicandum duco, & eum traducerem ad illas *Turriculas*, *vel Ædiculas Turritas*, *Fredas* vocavere, quæ exſtruebantur ſuper Corpora Sanctorum, cum effoſsâ terrâ recondebantur, & quæ quandoque, imò ſæpius, *Ciboria* audiunt penes Auctores. Jo: Chryſoſtomus *Homil.* XIII. *pag.* 623. *Tom.* III. *Operum edition. Pariſienſ.* 1581. in illa verba: *Actorum* XIX. 24. *Faber argentarius*, *qui faciebat delubra argentea*, *&c.* ait: *Et quomodo*

præcipitur ut -- *Corpus Domini in Altari non in imaginario Ordine, ſed ſub Crucis titulo componatur* -- Exiſtimat Binius hic imperari, ne Corpus Domini inter Sacras Imagines ſuper Altari poni ſolitas collocetur, ſed potius ſub

---

quomodo poſſibile erat fieri delubra argentea? Fortaſſe ædiculas, & coopercula, quæ Ciboria vocant. Codices nonnulli in ora habent Ἴσως κιϑώρια μίκρα, *Calices parvos*, ut obſervat hic Calmetus. Miror autem, eum ſubdere in Notulis, huic lectioni *S. Chryſoſtomum conſentire*. Hujus generis *Ædiculam*, ſeu *Ciborium* Sepulcro Apoſtolorum ab Gregorio I. impoſitum legimus apud Anaſtaſium: *Hic fecit B. Petro Apoſtolo* Ciborium, *cum columnis ſuis quatuor ex argento puro*. Clotarius Clodovei Filius, ut Auctor eſt Henricus Monachus *in libro primo de Miraculis S. Germani Antiſiodorenſis ſuper adorandam Beatiſſimi Germani Memoriam* (Sepulcrum videlicet) *per manus S. Deſiderii ejuſdem tunc Urbis Epiſcopi regalibus expenſis Fredam* (ædiculam) *compoſuit*. Aliis nominibus Ciboria hic vocant *Lectos*, *Lecticas Tumbas*, *Mauſolea*, & earum Tecta *Repa*, ſeu *Crepa* dicebantur. Cæterum noſtri Ciborii myſticam ſignificationem aperit Germanus Conſtantinopolitanus in *Hiſt. Eccleſiaſtica pag.* 147. *Ciborium eſt, ubi eſt Crucifixio, vice loci, ubi Crucifixus eſt Chriſtus, &c.*

ipſa Cruce, quæ in Meditullio Altaris poni conſueverat. At tempore celebrati Concilii Turonenſis Imagines ſuper Altare collocari conſueviſſe, ægrè admodum perſuadebit eruditis Vir Doctiſſimus. Sirmondus vero *capit.* 4. *diſquiſitionis de Azymo* putat nihil aliud ſtatui hoc Canone, quam ut Panis in Corpus Domini conſecrandus, non aliter pro cujuſque arbitrio, quam impreſſa Cruce formetur. Neutra ſententia arridet Mabillonio: opinaturque, à Patribus Concilii vetari, ne Euchariſtia in baptiſteriis, aut Secretariis, aut denique ſub Altari, prout in aliquibus locis fieri mos erat, cum Sacris Imaginibus, ac Reliquiis aſſervaretur, ſed ſuper Altare, ubi Crux pendebat. Erigebantur enim ſuper Altaria *Ciboria*, ſeu *Turriculæ* quatuor minime columnis innixæ, quæ tranſverſis in medium lineis ſubſtinebant Euchariſtiam Vaſculis, ſeu Columbis incluſam.

De *COLUMBA* igitur, in cujus ſinu Sacrum Chriſti Corpus recondebatur, mentio occurrit in Teſtamento Perpetui Epiſcopi Turonenſis *Tom.* III. *Spicilegii*

cilegii Dacheriani -- *Amalario Presbytero Capſulam unam communem de ſerico; idem Periſterium*, & Columbam *argenteam ad Repoſitorium do, & lego* -- In nonnullis Paræciis Pagorum (quandoquidem vel nullibi, vel ibidem tantum majorum noſtrorum conſuetudines ab recentiorum prurigine omnia innovandi, immunes diutius ſervantur) pro *Columba Pellicanum* vidi; unumque præcipue Saponariæ, quæ antiquum Grumentum fuit, in Lucania ſuper Altare Monaſterii Sacrarum Virginum Ordinis Benedictini, tam ſcite factum; ut pulli implumes ſanguinem, ut fabulantur, è Patris pectore ſugentes pro manubrio ſint ad operiendum oſtiolum, ex quo ad Sanctiſſimam Hoſtiam patet acceſſus. Ut plurimum Columbæ aureæ, vel argenteæ incubabant Turriculis, jam prædictis. Anaſtaſius Bibliothecarius in Hilario: -- *Turrem argenteam cum delphinis, penſantem Libras ſexaginta, Columbam auream penſantem libras duas* -- ſignum autem erant Spiritus Sancti. Et hoc eſt, quod reſpexit S. Joannes Chryſoſtomus *Homil.* 31. *ad Pop. Antiochenum*, cum

 ait

ait -- *Corpus Dominicum reponi ſuper Altare, non faſciis involutum, ut olim cum eſſet in cunis, ſed Spiritu Sancto conveſtitum.* --

CAPSA, ſeu Cappa, de cujus variis ſignificationibus exempla protulerunt Salmaſius *in Notis in Capitolin.* Maximin. *in Hiſtoria Auguſta pag.* 53. *&* 54. Voſſius *de vitiis ſen. lib.* II. *cap.* III. & in Etimologico, Cangius in Lexico inter alias, Vas quoque ad reponendam Euchariſtiam ſignificat, in cujus rei teſtimonium adfertur illud Micrologii Pariſienſis Eccleſiæ, Id. Aug. *Dedit nobis Calicem aureum cum Patena.*

Nec erit profecto vagari extra oleas huc advocare myſterium Arcani, quo majoris venerationis cauſa Sacra hæc Ethnicis aperiebantur. Quam diſciplinam antiquiſſimam eſſe, uſque ab initio ſæculi ſecundi, docemur ab Juſtino *Apolog.* II. & Tertulliano *de Præſcription. adverſus hæreſ. cap.* 41. Duplici autem ratione Sacra hujuſmodi tegebantur. *Voce, ac Re.* Voce dum nec in privatis Congreſſibus, nec publicè pro concione, nec ſcriptis fas erat, ea in medium proferre; ſed alto, re-

ligioſo-

ligioſoque ſilentio premebantur. Hinc apud Baſilium, Chryſoſtomum, Iſidorum Peluſiotam, pleroſque alios, ubi de Euchariſtia agebatur, abrupti ſermones, his, vel ſimilibus formulis. *Intelligant initiati: Sciant fideles, noverint Symniſtæ, non fas eſt loqui, &c.* Reipsâ autem ſervabatur arcanum, dum in Cryptis, lociſve remotioribus, in Sacrario, in Bemate, ſeu Choro, ab aliis Templi partibus, cancellis veliſque diſtincto (46) dabant operam Sacris, à quibus Catechumeni, & Prophani, portis poſt eos clauſis, arcebantur. Quorſus vero tam accurata, tam diligens celandi Miſteria ſollicitudo, niſi advertiſſent, Dominici Corporis Sacramenta haud fas eſſe ab Gentilibus irrideri -- *Solent enim* (ut notat Cyrillus *in Julian.*) *minus comprehenſibilia pleriſque videri; quo præ imbecillitate mentis ſuæ, nec vident; & omnino*

(46) Ipſum quoque Euchariſticum Sacrificium tempore conſecrationis velis, & cortinis obtegebatur. Vide Chryſoſtomum *Homil.* 2. *in Epiphania pag.* 888. *edition. Trancofurt.*

omnino nihilo faciunt , quæ omni admiratione proſequi decebat . --

Modo pro coronide eorum , quæ hucuſque commentatus ſum , ut ex reverentia ab Fidelibus Euchariſtiæ ſemper exhibita , antiquitas noſtri Dogmatis de *Tranſubſtantiatione* firmior, & luculentior emergat , mei fortaſſe muneris eſſet ad incæptum penſum abſolvendum , ea palam exhibere , quæ Eccleſiæ Occidentalis Canones ſtatuere, contra eos, negligentia , incuriave quorum , vel quid levius è Sacro Calice diffluere , ſeu de Euchariſtico Pane aliquo alio modo diſpergi contigiſſet . At ne hujuſmodi Chartæ immani teſtimoniorum nube obumbrentur , ſatius erit Lectorem amandare ad ea , quæ habent vetuſta Pænitentialia , nec non Ivo Carnutenſis, Burchardus Regino , aliique paſſim . Tantummodo ne jejunus omnino relinquatur locus , hæc pauca excerpſi ex Judicio Pænitentiali ad Calcem Sacramentarii Gallicani penes Mabillonium *in Muſæo Italico Tom.* 1. *pag.* 592. *col.* 1. *Can.* XVII. -- *Si quis Euchariſticum Corpus Domini neglexerit , aut prodiderit , unum*

annum pæniteat . Si per ebrietatem ; aut voracitatem illum vomerit , tres Quadrageſimas in pane , & aqua . Si vero per infirmitatem , una hebdomada pane , & aqua -- Et Can. xliv. *Et qui neglexerit Sacrificium , ut ab vermibus conſumetur , dimidio anno pæniteat pane , & aqua ; & ipſum igne comburatur , & abſcondat Cineres ſub Altari* (47) Sed neque alius omittendus Canon. ſub *numero xlvi*. ibi enim nonnulla occurrunt , quæ eorum temporum diſciplinam , circa ea, de quibus in præſentiarum diſſerimus , mirum in modum illuſtrant -- *Sacerdos, qui offert , & ceciderit de manu ejus Euchariſtia in terra , & non invenerit eam* (48) *cum Scopa mundet , & ſcopet , & comburat igne , & abſcondat cineres ſuos ſub Altare , & dimidium anni pæniteat : Si autem invenerit , locum ſimiliter faciat , &*

---

(47) Hic advertas velim per ea tempora , ſcilicet ante annos ſupra mille , Euchariſtiam ſervatam eſſe in Viaticum Infirmorum .

(48) Et hic advertas iterum haberi curam de micis minutioribus , quæ vel ſedulo intuentis oculos fallere poſſunt .

& pæniteat quadraginta diebus : Si autem uſque ad Altare ceciderit , pæniteat uno die ; Si vero declinaverit in terra , lingua ſua lingat : ſi fuerit tabula , radat : ſi vero non fuerit , mittat Tabulam , ut non conculcetur Sanguis Chriſti , & pæniteat quadraginta diebus : ſi autem ſuper Altare ceciderit ſtilla , ſorbeat illam , & tres dies pæniteat : ſi exegerit per linteum ad alium , ſex diebus pæniteat in pane , & aqua , & ponat Calicem ſub linteamina , effundat aquam tribus vicibus , & bibat : Si quando infert Calicem , effuderit in terra , decem diebus pæniteat pane , & aqua -- Alia nonnulla refert Gaſpar Cervantes de Cajeta Archiepiſcopus Salernitanus in ſuis *Avvertimenti per li Curati della Dioceſi di Salerno* , Romæ editis *pag*. 66. Quæ cum ità fuerint , lepida profectò capita alebat ætas illa , quæ ſeveriores has leges tulerunt , ut micæ viliſſimi panis , & vini tenuiſſimæ ſtillæ injurias ulciſcerentur . Apage ! quæ nugæ ? Sed tempus jam eſt , ut poſtquam longiori aſcia alterius fortaſſe opus dolavimus , ad munus , orbemque noſtrum revertamur .

Sublatis ergo Hæreticorum technis,

vera

vera ratio, cur *Miniſteriales Pateræ* in deſuetudinem abierint, deſumenda eſt ab frigeſcente Chriſtianorum pietate; & ab eo tunc temporis, quando diminuto Fidei ardore, perſecutionibus item pauſantibus, quotidianæ Communionis uſus exolevit, & ad Miſſarum ſolemnia Populorum frequentia deferbuit, & communicantium numerus eximiè eſt imminutus. Acceſſit inſuper huic ſolidæ pietatis defectui nonnullorum zelus, qui ut reluctantes Fideles ad communionem protraherent, in Miſſis etiam privatis Euchariſticam Cœnam aperuere (49), ut

(49) Miſſas privatas in Eccleſia obtinuiſſe olim, quidquid effutiant Heterodoxi, ex veterum teſtimonio lucidiſſime apparet. Ambroſium Romæ degentem Nobilis Fœmina accerſivit rogans, ut Domum ſuam in Tranſtyberina regione adiret, ibi ſacra facturus, ut teſtatur in ejus vita Paulinus ille è Clero Lediolanenſi, Divo Auguſtino synchronus. Auguſtinus etiam in *Libro* XXII. *de Civitate Dei*, Presbyterum adducit, qui cum ruri apud quendam ſacra myſteria perageret, Domum invenit ab ſpiritibus malis vexatam. Demum in Epiſtola Innocentii I. ad

ut ex eadem , quo eis erat libitum tempore , participarent.

Conſuetudo autem quotidiè communicandi , unde fortaſſè frequentior erat noſtrarum Patenarum uſus , Romæ manſit uſque ad ætatem Hyeronimi; & ſimiliter in Hiſpania , quemadmodum ipſe teſtatur in *Epiſtola* XXVIII. *ad Lucinium* , *&* *in Apolog. ad Pammachium pro libris adverſus Jovinianum cap.* VI. Mediolani etiam perduravit ad Ambroſii uſque tempora , prout colligere poſſumus , ex ultimo ejus libro *cap. 4. e 5. de Sacram.* In Africa autem uſque ad Auguſtini tempora viguit , ſicuti apparet ex ejus *Epiſtola* 118. Citius tamen in Eccleſia Orientali , quàm Occidentali communicandi

---

ad Decentium occurrunt ædes , ac ſacella privata , ubi quotidie erant Sacerdotes , qui facerent , etiam ſi nullus interveniret Auditor . Teſtaturque eruditiſſimus , Du-Vert *Explication. des Cerem. Tom.* I. *pag.* 325. ſe legiſſe Antiqua Sacramentaria Propriarum Miſſarum : ibique Titulum *in Domo cujusdam* . De Miſſis privatis agit Bona *Lib.* I. *cap.* 14. & Bocquillotius *Lib.* II. *cap.* 7.

nicandi quotidie conſuetudinem defuiſſe, arguitur ex verbis laudati Ambroſii *de Sacram cap.* 4. -- *Si quotidianus eſt Panis, cur poſt annum illum ſumis? quemadmodum Græci in Oriente facere conſueverunt* -- quæ confirmat Auguſtinus quoque *de verb. Dom. in monte lib.* 2. ſcribens -- *Plurimi in Orientalibus partibus non quotidie Cœnæ Domini communicant* -- Chryſoſtomus autem *homilia* XXI. *ad Populum Antiochenum* varias affert obſervationes Fidelium in communicando: dicit enim, aliquos communicaſſe in ſolemnitatibus, in Adventu, in Quadrageſima, alios in Paſcha dumtaxat, aut bis, aut ter in anno. Unde de hujuſmodi communionis infrequentia Patres Græci in eorum homiliis ſæpius conqueſti ſunt. Inſignem Chryſoſtomi locum ex *homilia* III. *in Epiſt. ad Epheſ.* veluti longiuſculum omitto; dignus propemodum, qui legatur. Cæterum temporibus Leonis III. eò redacta res erat, ut in Concilio Turonenſi II. *Can.* 50. ſancitum fuerit -- *Ut homines Laici, ſi non frequenter, ter autem in anno communicarent.* --

Neque

Neque ad quotidianam Communionem obliterandam, minus conduxiſſe videtur, mos ejus ſervandæ in Altari. Ab uſu enim conſervandæ Euchariſtiæ, *quam Viaticum noſtri itineris* (50) vocat Sæculo IV. Gaudentius

(50) Pagani in ore Defunctorum Nummum quendam ingerebant, quo Charonti portitori ſatisfacerent. Quem ſuperſtitioſum inanemque morem ſanctificare volentes veteres Patres, pro nummo Sanctiſſimum Chriſti Corpus mortuis miniſtrabant: Hæc fuit opinio eruditiſſimi Angeli a Nuce ex Abbate Caſſinenſi Archiepiſcopi Roſſanenſis in Notis ad Chronicon Monaſterii Clementi XI. nuncupatum. Cui aſſentitur Synodus Iſclana anni 1716. ſub Luca Tropiani *Romæ 1716. pag.* 134. Hanc verò egrè admittit Du-Vert, & ego ſecum eandem aquam ebibere renuo. Inde vero nomen *viatici* traxiſſe putat Baſilius Poncius ex Familia Eremitarum S. Auguſtini *variar. diſp. quæſt. 2. part. 1. nu.* 1. quod nobis ad aliam vitam commigrantibus pro commeatu eſſet. Hujuſmodi nomen retinuit etiam, poſtquam morem communicandi mortuos Concilia vetuere, ſtatueruntque Sanctiſſimis eorum ſanctionibus, ut morientibus tantum ſubminiſtraretur. Vide Concilium Chartaginenſe

III.

tius Brixienſium Epiſcopus, pro infirmis, & ſe male habentibus, unde prior uſus ad eos ex Miſſarum ſolemniis Sacrum Panem mittendi, exolevit, ſtatim alius effluxit, ut pro ſanis etiam id ageretur.

Antiquiſſima vero conſuetudo, & brevioris parergi loco ſit, ut Euchariſtia pro migrantibus ex hac vita ſervaretur, ſanè contra Reformatos evincit: ipſam primitivam Eccleſiam, a qua ipſi dolo malo receſſerunt, firmiter credidiſſe: Sacramentalis Conſecrationis virtute elementa Panis, & Vini id fieri, quod ante non erant; neque in ſolo uſu, & manducatione ineſſe ſub earum ſpecie Corpus Chriſti. Neque ſane id evenire poterat, G niſi

XII. *anno* 397. ſub Siricio Papa *Canon.* VII. *pag.* 122. Actorum Eccleſiæ Univerſalis: Antiſiodorenſe ſub Pelagio PP. II. *anno* 578. *Canon.* XII. *pag.* 388. Trullanum ſub Sergio PP. I. *anno* 692. *Canon.* LXXXIII. *pag.* 571. *&c.* Indeque factum putat Mabillonius: Infirmis niſi in periculo mortis conſtitutis, & in extremo vitæ habitu Sacramentum in forma Viatici non impertiri, ut quàm propiùs poſſent ad veterum morem poſteriora ſæcula accederent.

niſi apud eos, qui firmiſſime crederent, etiam extra Liturgiam Eccleſiaſticam, eſſe adhuc Chriſti Corpus, & Transſubſtantiationis miraculum extra Cœnam Euchariſticam perſeverare.

Ulterius cum labente Sæculo XI. ipſo teſtante Cardinali Bona *Rerum Liturgic. lib.* 2. *capit.* 18. uſus Calicis cæperit ſubtrahi Fidelibus, inde etiam rarior, & infrequentior publicè communicandi, & oblatarum mos. Verè Humbertus Cardinalis *in reſponſ. ad Michaelem CPolitanum*, nondum minuſcularum hoſtiarum meminiſſe videtur; unde ſua ætate prægrandes etiam, licet tenues, hoſtias conſueviſſe adhuc, nonnemo opinabitur. Nihilominus ad finem vergente ſæculo, ad tenuiſſimas has, brevioreſque Placentulas, vel Particulas deventum eſſe, hi omnes, qui de rebus Liturgicis agunt, uno ore fatentur. Quapropter cum Hoſtiæ illæ prægrandes nullius eſſent uſus, Patenæ etiam Miniſteriales ceſſavere: brevioreſque obtinuerunt, quæ tantum minuſcularum hoſtiarum caperent, quantum Presbytero ſacrificanti,

ti ; pauciſque communicantibus ſufficeret.

Deſuetudo frequentioris communionis aliam innovationem induxit in Eccleſiam ; ut illi, ſcilicet, qui Sacræ Euchariſtiæ participes eſſe noluerant, vel nequiverant, Panem quendam conſecratum, & ab Euchariſtia diſtinctum recipere poſſent. Nam quamvis Eulogia, ſic eum vocant, in vetuſtiori ætate, quandoque diceretur etiam *Euchariſtia*, ut jam viri docti obſervarunt ; teſtaturque Cyrillus *Epiſtol.* ad Neſtorium -- *Accedimus ad myſticas Eulogias & ſanctificamur, participes facti ſacræ Cœnæ, & pretioſi Sanguinis Salvatoris Chriſti* -- & Maximus Martyr ad *caput* III. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ -- *elevans Sacerdos ſacrum panem oſtendebat Eulogiam dicens : Sancta Sanctis* -- (51) ; poſterioribus autem tem-

 poribus

(51) Svicerius in *Theſ. Eccleſ. v.* Ε'υλογια *Tom.* I. *pag.* 1249. Vocabantur etiam quandoque ipſæ benedictiones olei, aquæ, &c. *Euchariſtiæ* ; eo quòd omnes orationes Chriſtianorum cum gratiarum actione

poribus, de quibus in præſenti agimus, ab Euchariſtia vel nomine diſtingui cæpit -- *Licet*, ut ait Bingamus *lib. xv. cap. iv. pag.* 377. ex Bona *pagin.* 279. *ejus vices quodammodo ſuppleret*. *Hæc enim*, ſubdit alibi Doctiſſimus Cardinalis *pag.* 371. *col.* 2. *potiſſima cauſa fuit Inſtitutionis Eulogiarum*, *ut* vices agerent Euchariſtiæ, & *Communioni ſuccederent, quæ prior frequentior erat* -- unde rotulam illam vocabant *Anxidorum*, hoc eſt *vice doni*, ait Morinus *de Sacris Ordin. pag.* 2. *Adnot. in Græcas Ordinat.*

Solebant autem ejuſmodi Eulogia potiſſimum diſtribui, & comedi in Eccleſiis: qua de re exſtat decretum Synodi Conſtantinopolitanæ tempore Alexii Comneni habitæ, ad quintam Monachorum quæſtionem; quem ritum etiam ab Latinis ſervatum fuiſſe, fatetur, ſe eodem loco legiſſe, toties lauda-

ne fierent, quod Salmaſio anſam erroris præbuit; cum ad Julium Pacium ſcribit, iisdem verbis & ritibus oleum, aquam, & fructus benedictos fuiſſe, quibus Panis, & Vinum in Euchariſtia conſecratur.

laudatus Cardinalis Bona (*) In uſum autem deferendi Eulogias Fidelibus, quibus communio Corporis Chriſti competebat, nam queis licitum non erat Euchariſtiam ſuſcipere, ab Eulogiarum eſu pariter arcebantur, (52)

* In Synodo Diœceſana Indorum VIII. celebrata in Oppido SS. Petri & Pauli Piſcobamba anno 1592. ſub Sanctiſſimo Præſule Turribio Archiepiſc. Limano *cap.* XXI. *pag.* 323. *Romæ* 1673. innovatur *capit.* 18. Concilii Nannatenſis, & aliud Concilii Provincialis anni 1567. celebrati in eodem Oppido, apud Indos; præcipiturque, ut *omnes Parochi Hiſpanorum*, *& Indorum ſingulis diebus Dominicis dent Panem benedictum*. Cauſas aperit Fr. Franciſcus Haroldus Ordin. Min. Strict. Obſerv. in Notis *pag.* 339. *expediebat enim*, ait, *ut rudis ille Populus, & adhuc in Fide infantilis hoc lacte nutriretur, & ex frequentiori oblatione aſſueſceret contemptis Idolis, quibus prius litabat, verum Deum, & Chriſtum colere*.

(52) Non autem hæc utriuſque Eccleſiæ diſciplina. Ab Græcis enim Catechumenis & Excomunicatis diſtribuebantur Eulogiæ, quin & gravioribus delictis obſtrictis, teſtante Nicephoro Cano, apud Jacobum Raſnagium in *Præfat. ad Tom.* III.

Henrici

in uſum, inquam, deferendi Eulogias, Patenas noſtras *Majores*, ac *Miniſteriales* ſucceſſiſſe crederem. Scio hoc equidem peragendi gratia, inventum olim fuiſſe Vaſis genus, quod *Gabatum* vocant (53) De quo luculentiſſimè egit Juſtus Fontaninus Archiepiſcopus Ancyranus de *Diſco votivo*, *&c.* *cap.* II. III. *&* IV. ut in hoc argumenti genere, nil enucleatius deſiderare poſſis. At ſi formam *Gabati* ſpectes,

Henrici Caniſii §. 2. *fol.* 74. *edit. Antuerp.* At fortaſſe, licet ei adverſetur Card. Bona, vera eſt opinio P. Lupi *Tom.* 6. *Operum* *fol.* 103. editionis Venetæ: Eccleſiam quoque Græcam ab Eulogiarum participatione Catechumenos prohibuiſſe. Conſonat Canonica Epiſtola Theophili Alexandrini ad Ammonium Lycopolitanum Antiſtitem -- *Quæ in ſacrificii rationem offeruntur poſt ea, quæ in Sanctorum uſum offeruntur, Clerici dividant, nec Catechumenus ex eis bibat, vel comedat, ſed ſolum Clerici, & qui cum illi ſunt Fideles Fratres.* --

(53) De Gabato vide Georgium in *Liturg. pag.* XII. ubi Papebrochium in Actis Junii *Tom.* II. *pag.* 513. & Macrium arguit in Hierolexico: quorum unus ſcripſit Gabatum eſſe Lychnum penſile, alter vas rotundum pro Lychno adhibitum.

ctes, nil præter nomen ab Patenis diverſum habere, fatearis oportet. Erat enim *Diſco ſimile*, profundum, cavum, ad inſtar *vaſis eſcarii concavi*, ut ait Voſſius in Etimologico. Et *Gabatum* dici, quaſi *cavatum*, B. pro C. litera poſita, rectè videtur Iſidoro Hiſpalenſi & Papiæ: *Gabata patella, vas, quaſi cavata*. (54) Notabilis idem *ponderis*, unde & *magnitudinis*. In ſæpius a nobis laudata oblatione Deſiderii Epiſcopi Antiſiodorenſis *Gabata una, quam inter cæteras Eccleſiæ ſuæ dono dedit, penſabat libras* XVIII. Gabatæ non abſimile vas aliud, *Offertorium* dictum. Erat revera Offertorium inter

 ſacra

(54) Hinc ab Praſinis deriſus Phocas quaſi per inſaniam *gabata* vice Poculi uteretur *Anaſtaſ. in Hiſtor. Phocas autem fecit Circenſem ludum, & Praſini conviciis eum laceſſere præſumpſerunt clamantes: In Gabata bibiſti iterum, ſenſum perdidiſti*, Gabatæ autem, ut advertit Altaſerra in Gregorio III. Anaſtaſii, fiebant in modum Leonis, vel aliarum belluarum, vel potius in eis hujuſmodi animalia inſculpebantur: ut apud eundem Anaſtaſium in Leone III. *Gabatas argenteas habentes gryphos decoratos*.

ſacra miniſteria numeratum, *Velum*, vel Pannum oblongum, quo involvebatur Calix, cum ab Diacono offerebatur Sacerdoti, ſicuti paulò ſuperius vidimus ex Rituali Ordinis Ciſtercienſis. Hujus munus videtur adimplere hodiè Velum, quod *ſuperhumerale* dicimus. Me penè obruunt teſtimonia penes Ducangium *Tom.* 3. *pag.* 41. & ibidem pronum, obviumque omnibus eſt obſervare, *Offertorium* quandoque Vas eſſe, recipiendis oblationibus deſtinatum. Nec abnuit Bocquillotius *pag.* 194. -- *Outre les vaſes, dont nous avons parlè ci-deſſus, Nos Ancetres en avoient une pour recevoir les pains, que les Fideles venoient offrir juſqu' a l' Autel, & le vaſe s' appelloit a cauſe de cela Offertorium.* --

Putat ergo Bocquillotius, *Offertorium* vas fuiſſe, in quibus deponebantur munera, quæ Fideles Altari offerebant. Idem, vel quidquid ſimile ſentire videtur Du-Cangius, qui a Calice diſtinguens Offertorium, vocat eum *Vas ſolidum, & Calicis proinde, ac Patena appendicem*. Nec Doctiſſimorum Virorum opinio congruis deſtituitur

tuitur conjecturis. Facile enim evenire potuit, Offertorium hujusmodi ab Fidelibus adhibitum fuiſſe in iis oblationibus deferendis, quæ poſt lectum Evangelium offerebantur, vel in Eulogiis benedicendæ, vel Pauperibus diſtribuendæ. Quas diverſas eſſe ab oblatis illis, ex quibus Chriſti Sanctiſſimum Corpus confici debebat, dubitare non ſinit Concilium Nannatenſe, ſtatuens capite IX. — *De oblationibus, quæ offeruntur a Populo, & Conſecrationi ſuperſunt, vel de panibus, quos offerunt Fideles, vel certe de ſuis Presbyter convenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido; ut poſt Miſſarum ſolemnia, qui communicare non fuerint parati, Eulogias exinde accipiant.* —

At Ego, pace prius ab utriſque Doctiſſimis Viris impetrata, aliò rem advocandam duco. In Miſſa ab omnibus, qui aderant, maximè ſi erant communicaturi, Panem, & Vinum offerri debere, notior res eſt, quàm ut probatione indigeat. Inter varia ad hoc ſpectantia Eccleſiæ ſtatuta, illud in primis occurrit Concilii ſecundi Matiſconenſis anni quincenteſimi octo-

geſimi

geſimi quinti capite IV. ſtatuentis -- *ut omnibus Dominicis diebus ab omnibus viris, & mulieribus offeratur Altaris oblatio, tam Panis, quam Vini: ut per has immolationes & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel, vel cæteris juſtis offerentibus, promereantur eſſe conſortes* -- Hoc autem pro comperto habito; non in alio Vaſe oblationem Vini factam credo, niſi in Calice ampliori, & miniſteriali, eumque eundem eſſe cum *Offertorio*, de quo agimus: quod & ipſius nomen innuit, magis *Offerendi*, quam *Recipiendi* accommodum. Sponſorem primum do Hincmarum in *Capitularis primi capituli ſexto* -- *Ad oblationem Vini & Panis unam tantummodo oblatam, & offertorium pro ſe, ſuiſque omnibus conjunctis, & Familiaribus offerat, aut ante Miſſam, vel poſt Miſſam Presbytero, vel Miniſtris illius tribuat* -- En ergo duo *oblationes Vini*, & *Oblatæ*. At ubi Vinum oblatum, niſi in Offertorio? Aut quid *Offertorium* hic, niſi Calix, in quo continebatur Vinum oblatum? Cluniacenſes etiam poſt Evangelium oblationes Panis, & Vini faciebant, ut pa-

tet

tet ex libro primo Uldarici capite tri-
geſimo . Ritus autem deſcribitur in
libro II. *capit. xxx.* -- *In privatis die-
bus ad Miſſam matutinalem , quia cuncti
offerunt , Hebdomadarius curet , ut inter
Calices mediocres ad hoc ſolum factos , &
inter Ampullas cum Vino , habeat quinque
Calices & totidem Patenas , cum Hoſtiis ,
quas ordinatim ponit forinſecus , prope Cho-
rum ſuper Tabulam deſuper coopertam , &
panno intrinſecus amictam , ut inde Fra-
tres eas accipiant cum Offertoriis oblatu-
ri* -- Advertat Lector hic , *Calices ad
hoc factos* , ſcilicet ad offerendum , pa-
rari cum *Ampullis Vini* , & *Patenas* cum
Hoſtiis : quas *Patenas* accipere debent
Fratres cum *Offertoriis* : ideſt una cum
Calicibus Vino , ex Ampullis deſumpto ,
repletis , *eas oblaturi* .

Id quod luculentius demonſtratum
iri confido , ſi obſerventur loca , quæ
profert Du-Cangius ad probandum , Of-
fertorium eſſe *Calicum appendicem* . In
iis nempè *Offertoriis* uniuntur ſemper
Patenæ , ut jam non remaneat dubi-
tandi locus , *Patenas* eſſe *Miniſteriales* a
& *Offertoria* , *Calices* item *Miniſteria-
les* , ut Vinum , & Panem offerenti-
tibus

bus uniformia vaſa non deſint. Chronicon Fontanellenſe *cap. xxvi.* -- *Offertoria argentea cum Patenis argenteis* -- Vita Caroli Magni -- *Offertoria argentea cum Patenis* -- Vetus Scheda apud Broverum *lib. 8. Annal. Trevirenſ. capit. 114.* -- *Offertorium aureum gemmatum cum Patenis.* --

Poſtquam autem hæc omnia de Forma Patenarum abunde dixi, ad ulteriora progreſſurus, hoc tandem adverto, Patenam Forocornelienſem, cujus illuſtrandæ gratia hæc inſtitui, non *Miniſterialem*, ſed *Sacerdotalem*, & minorem fuiſſe: quod ſuadere videtur ejusdem forma, non ſatis ampla, quæ miniſterialem Patenam deceat: agnus idem ſub Cruce, veluti in Ara poſitus, & ad mactationem paratus; symbolum utique, & figura Jeſu Chriſti pro nobis immolati, unde frequens ejuſmodi Agni imago in vaſis Euchariſtiæ addictis, ut clarè videbimus infra: & demum verſiculi limbum, & oram Patenæ circumambientes, quibus admonemur, hanc, unum ex iis fuiſſe vaſis, ad Chriſti Corpus Sanctiſſimum conficiendum,

IV.

I V.

POſt uſum Patenarum, ut propoſitus ordo ſervetur, inſpicienda eſt *Materia*, ex qua olim componebantur. Viliores ſane, nam ab iis ad pretioſiores aſcendere libet, fuerunt ex *Cornu* fabrefactæ, quarum meminit Concilium Calchutenſe in Anglia habitum *Tom.* VIII. *Conciliorum pag.* 631. *Recent. edition.* à quo ſancitum legimus -- *ne de Cornu Bovis Calix, aut Patena fieret ad ſacrificandum* -- Quid autem monſtri eſſet, Patenas fuiſſe *Corneas*, ſi veri fuiſſent *Cornei* Calices hìc, & alibi memorati? Conſulendus Doughteus de Calicibus *cap. x. pag.* 117. ubi multa, ad Cornea Pocula prophana ſpectantia, eruditè congerit. Quoad Sacra, præter Concilium modo laudatum, teſtem unum advocat: ex quo neſcio, an ſatis corneorum Calicum uſus in Eccleſia Anglicana probetur; an potius is ſit, qui eos in dubium revocet. Bartholinus eſt, quem exhibet *lib. de Medicina Danorum domeſtica diſſertat.* 8. cujus Doctiſſimi Viri hæc verba

ba

ba ſunt -- *Tranſiit iſta cornuum figura etiam apud veteres Danos ad uſum Sacrorum : & Chriſtiani Calicis loco in Eucharistia adhibita . In cujus rei fidem ſimile Cornu , auro hinc inde obductum , litteriſque , ſed ſacris , ornatum in Muſæo meo ſervo* -- Hæc autem preſſius conſideranti ſcrupulum ingerent . Non enim, ait hic Bartholinus , Calices apud Danos ex cornu fieri , ſed figuram cornu tantum prætuliſſe , & corneos vocari non ratione materiæ , ſed formæ . Ita *Pineda lib.* 11. *de rebus Salemonis cap. VI.* cum priſcam ſervandi in cornibus Olei Sancti rationem obſervaſſet , animadvertit ſimul , non cornu nativum , ſed ex argento , & auro conflatum intelligi . Cum etenim proculdubio prioribus ſæculis ex cornea materia fingerentur , factum inde , quod cornua dicerentur Pocula , quacumque tandem materia confecta . Audi Nonnum *libro* 11. *Dyoniſiac.*

Et bubulis bibebant cornibus loco Poculorum
Nondum adparentium : unde poſterius ex illo

Di-

Divinum nomen hoc commixtum fuit via.

Athenæus *lib.* 1: *cap.* 37. de Athenienſibus -- *Ex columna, quæ eſt in Arce Civitatis, cui circumpoſita ſunt denaria, cornu poculum argenteum, atque aſperum, adeſt: cervus, etiam Vas fictile, quod multos habet cotyliſcos in ipſo agglutinatos* -- Aureum etiam erat cornu in Dania anno 1639. repertum, donoque datum Sereniſſimo Principi Chriſtiano, de quo eruditam diſſertationem inſtituit Olaus Vormius *Hafniæ* 1641. Proinde ſæpiſſime cornu in ſequioris ævi Scriptorum Eccleſiaſticorum monumentis pro poculo uſurpatum reperitur. Pro Sacro autem *Calice*, nunquam memini me legiſſe. Apud Ingulfum in Charta Vitalaſii Regis Merciorum legitur -- *& cornu menſæ meæ lego, ut Senes Monaſterii bibant inde in Feſtis Sanctorum* -- Ambroſius Mediolanenſium Antiſtes in libro de Elia, & Jejunio *cap.* XIII. *pag. mihi* 313. -- *Cum Epulis dividendis aſſiſtunt Pueri coma nitentes ex gente barbarica ad hos uſus electi, per ſingulorum diſtincti ætatum vices. Cernas Poculorum di-*

diverſos ordines, aciem ordinatam putes: vaſa expoſita aurea, & argentea, pompam arbitraris: Cornu in medio Vino plenum, non epularis, ſed præliaris, inſtrumentum buccinæ, quod diſcumbentes in certamen accedant -- *Et capit.* XVII. *pagina* 314. *a tergo* -- *Per cornu etiam fluentia in fauces hominum vina decurrunt, & ſi quis reſpiraverit, commiſſum flagitium* -- Nec fruſtra quærenda ratio, cur Pocula in cornu figuram efformarentur. Notat enim Gyraldus *de Diis Gentium Syntag.* VII. Bacchum *Bugenem*, ideſt *Bove genitum* coluiſſe olim Argivos: unde apud Græcorum plurimos ταυρόμορφον, ideſt *Tauriformem*: & ταυροκέφαλον, *Tauricipitem* appellabant Bacchum: natumque ex Perſephone: ut tradunt Clemens *in Stromat.* & Euſebius *Lib.* 2. *Præparat. Evangel.* Diodorus autem ideo Baccho cornua Sacra adſcribit, quia primum Boves jugo junxerit, & Bacchus idem ſit, qui Oſiris. Vide Almelovvenium Amoenitatis *Theolog. Philolog. pag.* 220. Spanhemium *diſſert.* V. *pag.* 257. Iſidorum *Orig. lib.* XII. *part.* II. *cap.* I. *pag.* 113.

De

De Canone autem Concilii Calchutenſis quædam obſervanda ſunt, ſed prius integer afferatur -- *Vetuimus etiam de cornu bovis Calix, aut Patena fieri ad ſacrificandum: quod de Sanguine ſunt* -- Alia lectio hàbet -- *Ad ſacrificandum, Deo Sanguinea* -- Difficilis ad explicandum locus: eò magis, quod hac ætate plures erant in Anglia conſuetudines à Gentilibus deſumptæ: nondum enim Paganiſmum integrè exuerant Populi, quæque per hujuſmodi Concilii ſtatuta damnantur; Sacerdotes enim nudis cruribus ſacra faciebant, vel faſciolis, & colore variegatis fæmoralibus utebantur; faciem, & membra cicatricibus deformabant; equos aliqua ſui parte fæde detruncabant, eiſque nares findebant, aureſque copulabant; quin & eorum carnes comedebant; ut ex Canone XIX. *equos etiam plerique in vobis comedunt*; veſtimenta etiam more Gentilium, *quos eorum Patres de Orbe armis expulerant*, induebant; aliaque hujuſmodi, quæ non totidem exoleti Paganiſmi ſigna evidentiſſima ſunt. Quis modo nobis ſe ipſum ſponſorem exhibeat, aliquod

oblationum genus eos non retinuiſſe *ex Sanguine*? Idque in Poculis *Corneis* ad Altare deferre conſueviſſe? Quod ſi primam lectionem retineamus, alia ſuppetet hariolandi occaſio. Dum enim prohibentur Calices, & Patenæ Corneæ, *quod de Sanguine ſunt*, demonſtrat, tunc temporis Angliæ Fideles, non ſolum ab Sanguinis potione, ſed ab omni, quod vel Sanguinem tetigerat, vel Sanguini erat affine, abſtinuiſſe. Præceptum enim de non comedendo Sanguine, jam in *Canone lx*III. Apoſtolorum emanatum juxta *Actor. xv.* 20. 29., *& xxi.* 25. Canone ſecundo Concilii Gangrenſis, & Canone *lxv*II. Synodi Trullanæ firmatum fuerat. Cujus abſtinentiæ luculentiſſima teſtimonia penes Auctores, legentibus occurrent (55) Nec dicendum, ideo ab

(55) Vide Athenagoram, Tertullianum in *Apologet. cap. ix. pag.* 43. *Edition. Pariſien.* 1584. Arnobium *Lib. v*III. *adverſ. Gentes*, Ambroſium in *Pſalm. cxv*III. Clementem *Alex. Pedag. lib.* III. *cap.* 3. *pag.* 228. Rationem reddere videtur Franciſcus Zephyrus Explanator *Apoleg. Tertull. Multi*,

ab Chriſtianis hujuſmodi præceptum obſervatum, ne Judæos offenderent: id enim ſi fuiſſet, ut advertit Suicerus *Tom.* 1. *col.* 113. non hoc cum certo vitæ periculo feciſſent, etiam ubi non aderant Judæi. Illuſtre exemplum exhibetur apud Euſebium *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib.* v. *capit.* 1. *pag.* 46. Biblis cum ob Chriſti confeſſionem tormentis *urgeretur, ut aliquid adverſus Chriſtianos proderet*, quaſi humanis carnibus veſcerentur (quæ vetus erat Gentilium calumnia, ob Euchariſtiæ Sacramentum ab eis non ſatis cognitum) reſpondit -- *quomodo infantes ederent illi, quibus ne irrationabilium quidem Pecudum Sanguine veſci licet?* -- Ut ut ſit ambiguus, remanet adhuc uſus *Cornei Calicis*, quem damnant Patres Calchutenſes. (56)

ti, ut palata inſervirent, de iis ipſis feris fercula ſibi comparabant, quæ de humano ſanguine infeciſſent, quaſi ex eo jucundiores ſcirent.

(56) Duo Concilia videntur hoc anno 787. habita in Anglia ab Gregorio Oſtienſi, & Theophylacto Epiſcopis, illuc ab Hadriano

At demus, quod *Calicibus Corneis* revera in Sacrificio Miſſæ uterentur; id profecto alteri cuilibet cauſæ, quam pretioſioris materiæ defectui erit tribuendum. Nec ſpernenda verba Eruditiſſimi Peaſſonii Actorum Eccleſiæ Univerſalis *Tom.* 11. *pag.* 453. in Notis, quibus calculum addit opinioni eorum, qui -- *Bovis Cornu adhibitum volunt, quod cum eſſet pellucidum, nec vitreis Calicibus uti amplius liceret, Fidelium Chriſti Sanguinis ſpeciem oculis emitteret, & ſic videntium fidem, & pietatem foveret* -- Hæc ſententia alibi à nobis erit expendenda.

Corneis Patenis *Lignea* ſuccedunt. S. Hieronymus in *Epiſtola ad Pammachium*, laudans paupertatem S. Exuperii

---

driano Papa miſſis. Unum fortaſſe in *Pincanhale*, qui locus in Dunelmenſi Epiſcopatu ſitus, modo *Finchenhalanan*, modo *Wincenhale* ab Hiſtoricis vocatur. Altera Synodus, de qua Nos hic, in Regno Merciorum celebrata fuit: nam eidem ſubſcribit *Offa Merciorum Rex*. Ubi autem *Calchutun*, vel *Clacbutun* Annaliſta Mailronenſis, qui hæc docuit, determinatè non definit

perii Epiſcopi Toloſani, ait (57); -- *nihil illo ditior, qui Corpus Chriſti in Caniſtro vimineo, & Sanguinem portat in Vitro* -- Caniſtrum Græcis ριπίδιον dici, alibi obſervatum. Quæ vox occurrit in Liturgia Baſilii, eamque Interpretes reddunt -- *Corbem, vel Sportam: Redit Diaconus in eum locum, aſſumpta ut prius Sporta* -- In quo *Caniſtro*, ſeu *Sporta* Bocquillotius *Patenam* recognoſcit. Rupertus item Abbas *de incendio Tuitienſi cap. v.* narrat, Corpus Chriſti in Pixide lignea fuiſſe reconditum. Concilium Triburienſe anni 895. habitum Triburiæ, Oppidum eſt, ſeu Villa Regia Germaniæ ad Rhenum fluvium propè Moguntiam, ſub Formo-

H 3 ſo

---

finit. Peaſſonius *Act. Eccleſ. Univerſ. pag.* 453. ait: Oppidum eſſe Northumbriæ ſub Epiſcopatu Eboracenſi.

(57) Hujus Exuperii laudes habet Hieronymus in *Epiſtola ad Ruſticum Monachum*, & in altera *ad Furiam*; Quin etiam S. Doctor commentaria in Zacchariam eidem nuncupavit: eidemque Innocentius Papa I. literas dedit Sacrorum Librorum Canonem continentes. De eo pariter occurrit mentio in Actis S. Saturnini Epiſcopi Toloſani apud Ruinartium *pag.* 132,

ſo Papa , & Arnulfo Germanorum Rege *Can.* 18. -- *Zephyrinus decimus ſextus Pontifex Romanus Patenis Vitreis Miſſas celebrari conſtituit* -- ex quo Canone arguunt, Pontificem *Lignearum Patenarum* uſum eliminaſſe. In Teſtamento Divi Everardi Anno Domini 867. apud Spicilegium Dacherianum *Tom.* XII. *pag.* 493. -- *Calix Eburneus cum Patena auro paratus : Calix Vitreus auro paratus, Calix argenteus cum Patena, Calix de nuce, & argento, & auro paratus* -- Vides hic par fuiſſe Lignearum Patenarum, & Ligneorum Calicum uſus. Honorius Auguſtodunenſis in Gemma animæ *de antiquo uſu Miſſarum lib.* 1. *cap.* 89. -- *Apoſtoli, & eorum Succeſſores in quotidianis veſtibus, & Calicibus ligneis Miſſas celebrabant* -- In Concilio demum Triburienſi, de quo paulo ſuperius *Can.* XVIII. ortum volunt effatum illud, per ora hominum volitans, Bonifacii Epiſcopi Moguntini (58) : *Vaſcula Lignea, aurei Sacerdotes*

(58) Canon. XVIII. Triburienſis -- *vaſa, quibus ſacroſancta conficiuntur miſteria,* Ca-

tes : *Vaſcula aurea , lignei Sacerdotes*; unde aliud emanaſſe dicunt dicterium, quo Sacerdotes quandoque *Lignei Sacerdotes nuncupantur* . Ligneos Calices admittunt etiam Canones ſub Edgaro Rege in Anglia editi; quique proſtant *cap. xl.* in Codice Spelmanno : Polydorus

---

Calices ſunt , & Patinæ , de quibus Bonifacius Martyr & Epiſcopus interrogatus , ſi liceret in vaſculis ligneis Sacramenta conficere , reſpondit : quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus utebantur ; nunc contra lignei Sacerdotes , aureis utantur Calicibus . -- Similia teſtatur Walafridus Strabo *de Reb. Eccleſ. capit. xxv.* Rodulfus Tangrenſis de *Canon. Obſervantia Prop. xxiii.* Hinc Gallorum verſus , apud Coquillicum in Hiſtoria Nivernenſi *pag.* 40. & Danielem Claſenium *Lib. de Relig. Politica* .

Au temps paſsè du Sicecle d' or
Croſſe de bois Eveſque d' or :
Maintenant changens le loix .
Croſſe d' or Eveſque du bois .

Quos Johannes Faes Mantiſsâ ad Doughtoum de Calicibus latinos elegantiſſimè fecit .

Quum tempus eſſet aureum ;
Pedum gerebant ligneum
Aurei Miniſtri : jam pedum
Tenent ſuperbum Lignei .

dorus Virgilius *Lib. vi.* de inventoribus *capit.* 12. Joannes Baptiſta Caſalivus de ritibus Veterum Chriſtianorum *lib.* 2. Demum Archangelus Lamberti Romanus in Regno Regionis Colchidis, quam recentiores Geographi *Mengraliam* appellant, Miſſionarius, ut vocant, apud eos homines uſum ligneorum Calicum inveniſſe ſcribit.

At Dougtheus Eminentiſſimum Bonam noſtrum ſequutus, quod ſolemne habet, niſi quando ei placet cum ſuis deſipere, optaret de Ligneis iis Calicibus Apoſtolicorum Virorum ætate, fideliora teſtimonia exhiberi, Honorium nempe quod ſpectat, non illius auctoritatis, vel ætatis eſt, ut ejus verbis in utramque aurem dormire poſſimus. Vixit enim ſub Henrico IV. Anno Domini 1124. Qui autem ei fidem adhibuerunt, & nos paulo ſuperius laudavimus, parum penſi habuere, quod ſine auctoritate nil in hoc ſcribendi genere licet. Unde mihi hæc ſcriptitanti veniam dabit Lector, ſi ſpiſſis teſtimoniis utramque paginam impleo: ea enim eſt ſcriptionis hujus natura. Quamobrem gau-

det

det Dougtheus, eadem ſecum ſentire Doctiſſimum Cardinalem; & in *Libro* 1. *Rer. Liturgicarum* talia hæc ſcripſiſſe -- *Honorio id aſſerenti, ſine idoneo teſte, non credo*. -- Neque Purpurato Viro majorem vim facit, teſtimonium ab verbis Bonifacii Epiſcopi Toloſani deſumptum. Credit enim, potiùs S. Antiſtitem Zelo ſuccenſum, præteritorum comparatione ſua tempora redarguiſſe: id quod homines paſſim ſolent. Nec magis attendenda eſt Canonis Edgari Regis Angliæ auctoritas. Anno quippe vixit 959. ea ſcilicet ætate, qua, inquit Dougtheus *pag.* 78. arceſſere ſolebant talia ex primitiva Ecclesia, quæ probatu longe difficillima ſunt. Nec inclinatæ, nutantique ſententiæ opitulari poteſt quidquid de *Sacerdotibus Ligneis* commenti ſunt. In proclivi enim eſt credere, quod Baluzius in Eccleſiaſticis ritibus vir, ſi unquam alius verſatiſſimus: hoc ſcilicet nomen eis impoſitum fuiſſe, non tantum ab Calicibus, ſed fortaſſe & à *baculis ligneis*, quibus utebantur: Eum conſule in *Notis ad Gratianum pag.* 559. Proinde hujuſmodi Sacerdotes in Præ-

fatione

ſatione legum Hoæli Boni Regis Walliæ, vocantur *Baculoſi*. Verba hæc ſunt -- *Omnes Eccleſiaſtici dignitate BACULOSI*. Vide Du-Cangium *Tom.* 1. *pag.* 474. & fortaſſe hujuſmodi titulo hi veniunt, quibus ob gradum dignitatis fas erat uti Pedo Paſtorali.

Remanet modo, ut paulo ſuperius allatum teſtimonium ex Zephyrino diluamus. Factum: tantummodo Cardinalem Bonam audiamus *Rer. Liturgicar. lib.* 1. *cap.* 25. *pag.* 291. *col.* 1. ubi advertit in Zephyrini verbis de Calicibus nec gry quidem -- *Extendere autem ad Calices ſtatutum de PATENIS, ut plerique faciunt, non audeo, Pontifice de illis nihil decernente. Cum præſertim nos lateat ad quem uſum portarentur illæ Patenæ ab Miniſtris, quas probabiliter crediderim diſtribuendæ potius Populo communioni, quem Sacrificio deſervire*. Cui non adſpernendæ conjecturæ facem præbere poſſunt, quæ ſuperius diximus ex conſtituto ejusdem Zephyrini, cui etiam conſonat Eruditiſs. Bencinus *in Anaſtaſ. cum Notis varior. Tom.* 2. *fol.* 186. -- *Pontifex Zephyrinus decrevit: ut Subdiaconi ante Sacerdotes*

cerdotes gererent Patenas Vitreas : dum facto ſacrificio Presbyteri deberent conſecratum Panem ſuper has Patenas recipere, & Populo tradere -- At fortaſſe *Vitreæ* hæ *Patenæ* , vel operiendo Calici in Miſſarum celebratione , vel recondendis fragmentis , quæ ſupererant in Sacrario , & Paſtophoriis, vel demum recipiendis pacis oſculis addicebantur. Eò magis , quod locum, ubi figebantur oſcula , priuſquam Populo pax impertiretur , aliquo Sacro ſigno, vel imagine inſignitum fuiſſe oportebat ; & ea ætate nil communius, quam vitra encauſto colorari : uti mox demoſtratum iri confidimus ; præterquam quod minus occurrebat eas frangendi periculum , quam ſi Miniſterialium Patenarum munere fungerentur . Has enim opus erat circumquaque deferre in frequentia Fidelium , & in eis Panem comminuere ; viris , fæminis , adoleſcentibus diſtribuere ; quæ omnia citrà fractionis diſcrimen vix præſtare quis poterat . Vero autem abſimile eſt , fragilia vaſa ad frangendum Chriſti Corpus adhibuiſſe Eccleſiæ Miniſtros , quibus , ut vidimus

ſupra

ſupra, nil magis cordi erat, quàm Sacratiſſimi Panis effuſionem nullâ non habitâ curâ præcavere. Hæc autem miſſa faciens, Patenas has adhibitas fuiſſe crederem ad aſportandum Fermentum Pontificis Sacerdotibus in Titulis celebrantibus, ut jam vidimus; & huc reſpexiſſe decretum Zephyrini Papæ, & juxta hujuſmodi ſignificationem eſſe explicandum.

Cæterum Polydori Virgilii commentum fuit, decretum Zephyrini Papæ de ligneo vaſe explicare -- *Statuit*, inquit, loquens de Zephyrino, *ut conſecratio Divini Sanguinis in VITREO VASE, non autem in ligneo, ut ante fieret* -- Jam enim in *lib.* 6. *de inventoribus capit.* XII. tempore Apoſtolorum ligneos fuiſſe Calices, neſcio quo fiſus teſtimonio ſtatuerat -- *Calices, in quibus conſecratio Divini Sanguinis fit, principio ligneos fuiſſe ſatis conſtat; Atque id pauperum Apoſtolorum inſtitutum dixerim, qui ſic voluerunt modis omnibus materiam auferre Sacerdotibus inhiandi opibus, quaſi ipſi in primis neglexiſſent* -- Intempeſtivus Zelus in devium duxit Polydorum. Unde amabò *ſatis conſtat*, tempore

re Apoſtolorum *Calices* fuiſſe *ligneos* ? Nonne id ſine die, & ſine conſule aſſeritur? Non eam inficias, Clementem quoque Alexandrinum *lib.* 3. *Pedag. capit.* 3. paupertatem Chriſti in exemplum advocaſſe, ut amplam divitemque ſupellectilem condemnaret — *Videte, Chriſtus in vili Catino cibum ſumpſit, & fecit Diſcipulos ſuper terram humi accumbere; & pedes eorum lavit Sabano* (59) *accinctus Deus à faſtu alienus, & Dominus omnium* —. Ex hoc autem nemini licet inferre, ætate Apoſtolorum, vel ipſius Clementis, Calices ligneos fuiſſe unquam Altaribus admotos; Nec poterant Apoſtoli, Apoſtolicique Viri ignorare, quod in Templo Sacro Hieroſolymitano Vaſa pretioſiſſima fuerint, ex quibus edocerentur

(59) Sabanum Græce Σαβάνιον; de qua voce conſulendus Meurſius in Gloſſario, & Voſſius *de vitiis Sermon.* *Lib.* II. *capit.* XVII. ponitur pro *Linteo*, ut exponit vetus Scoliaſtes Juvenalis in Satyra XII. *Facitergium* vocat Iſidorus *Lib.* XIX. *Orig.* *capit.* 25. & apud Hieroclem *Lib.* I. *capit.* 34. *Linteum* eſt, quo corpora poſt balnea detergebantur.

cerentur Sacræ ſupellectilis pretium, & nitorem Deo diſplicere non poſſe. Omitterem modo, quæ de Calice Domini argenteo in ultima Cœna adhibito, & Hieroſolymis adſervato habet Beda: nam hujus generis narrationes, ut plurimum, ab Eruditioribus refunduntur in morem Viatorum: quibus ſolum citra piaculum Lectoribus fucum facere, & imponere fas eſſe videtur. Niſi velimus hæc omnia in Hæreticorum technas refundere, qui ut Sacrorum Lipſanorum cultum apud ſimpliciores facilius enervent, ridicula quædam de nobis commenti ſunt. Inter quos malorum Corvorum malus Corvus crocitat inſignis ſycophanta Morneus apud Ferrandum *Diſquiſ. Reliqu. pag.* 276. per impudentem calumniandi libidinem ſcribens: Eccleſiam Remenſem venditare ſimul, & oſtendere Calicem, quem Chriſtus in ultima Cœna diſcumbentibus Apoſtolis propinavit. At, ni fallor, non facile hanc mendacii dicam in ea, quæ narrabimus, impegerit quiſquam, nam teſtem adhibemus ultra annorum mille vetuſtum; & qui ea ſcripſit, quæ ab Vi-

ro

ro omni laude digno, & teſtimonio, ut loquuntur, de viſu, audierat. Is eſt Adamannus Hiienſis Monachus *in libro* 1. *de locis Sanctis capit.* 8. -- *Inter illam quoque Golgothänam Baſilicam, & Martyrium, quædam ineſt exedra, in qua eſt Calix Domini, quem ab ſe benedictum propria manu in Cœna, pridiè quam pateretur, ipſe conviva Apoſtolis tradidit convivantibus, qui Calix ſextarii Gallici menſuram habens, duaſque anſulas in ſe ex utraque parte altrinſecus continens compoſitas, &c.* -- Hæc Adamannus ex narratione Arculfi Epiſcopi Gallicani, qui Calicem iſtum contrectaverat. Satiùs ergo fuiſſet Polydoro (verbis utar Doughtei) tacuiſſe, tacente Scriptura Sacra, quam *Calicum Lignεorum* Auctores Apoſtolos ſalutare. Sed redeamus in viam.

Ex loco inſuper paulo ante exhibito Clementis Alexandrini, tantum diſtat, ut Ligneorum Calicum uſus firmetur, quin potiùs alia conjectura evellitur. Nam primum inter Sacras ſupellectiles, aurea, & argentea Vaſa connumerat -- *Argenteorum igitur, & aureorum, gemmeorumque Poculorum, irritus, & inutilis eſt uſus* -- Secundo

dum

dum aureorum Calicum uſum improbare ſatagit, ut verborum ſeries clarè patefacit, profectò ſi *Lignei Calices* in uſu unquam fuiſſent, eos non prætermiſiſſet in exemplum adducere: ei enim tunc benè ceciderat. Interim ambiget nemo, in Eccleſia aurea, & argentea Vaſa antiquitus fuiſſe, ſi attendatur factum S. Laurentii Martyris: qui, ut ait Ambroſius *lib. 2. de Officiis cap.* 38. juſſus ab Sixto Pontifice, aurum Eccleſiæ Pauperibus erogare, Martyrium ſubire maluit, quam S. Pontifici non obedire. Eleganter de hac re Prudentius *lib. 2. de Coronis*: ubi Perſecutorem introducit, ab S. Levita Sacra Sanctuarii Vaſa, his verbis expoſcentem.

Hanc eſſe veſtris orgiis (60)
Moremque, & artem proditum eſt,
Hanc diſciplinam fœderis:
Litent ut auro Antiſtites;

Ar-

(60) Orgia vocat Sacra Chriſtianorum: quo nomine veniebant apud Veteres Græcos quælibet Sacra. Quamvis poſtea Sacris Bacchi ſingularius vox hæc indita ſit; ab *oryn*, ideſt *furor*, ſeu *impetus*, quo eadem ſacra peragebantur.

Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare Sacrum Sanguinem ;
Auroque nocturnis Sacris
Aſtare fixos cereos :
Tunc ſumma eſt cura Fratribus ,
Ut ſermo teſtatur loquax ,
Offerre fundis venditis
Sextertiorum millia .

Nec fluentibus Sæculis minor fuit Sacrorum Vaſorum , & ſupellectilium copia . Furente Diocletiani perſequutione anno 304. petebat Baſſus Heracleæ Præſes ab Beato Philippo , ejusdem Urbis Epiſcopo , ut Sacra Vaſa proderet , & adferret -- *Vaſa Sacra* (ita Barbarus ilie in Actis S. Martyris , *apud Ruinartium pag.* 411.) *quæcumque vobiſcum ſunt aurea , vel argentea , vel cujuſcumque metalli , aut artis inſignis , obtutibus noſtræ Majeſtatis ingeritis* -- Cui Sanctiſſimus Chriſti famulus -- *Vaſa , quæ poſtulas quæcumque , apud nos ſunt , mox accipe . Non enim pretioſo metallo Deum colimus , ſed timore : nec ornatus Eccleſiæ Chriſto plus placere poteſt , quam cordis* -- Quis modo , cui integra ſit cogitandi facultas , perſuadere ſibi poterit , eos , qui tempore flagrantiſſimarum perſe-

quutionum aureis, & argenteis Calicibus utebantur, *Ligneos* tantum habuiſſe, dum liberâ facultatum ſuarum poteſtate fruerentur?

Solent etiam ex Gratiano *de conſ. diſtinct.* 1. *cap.* 45. & Ivone *part.* 2. *capit.* 131. cujusdam Concilii Remenſis Canonem adferre: quo præcipitur, ne quis in ligneo Calice rem ſacram facere audeat. At teſtatur Bona Cardinalis, quale fuerit hoc Concilium, quove tempore celebratum, nec eos dicere, qui ad eum provocant, nec ipſuminet divinare potuiſſe. Nam licet ab Recentioribus quibuſdam ad ævum Caroli Magni referatur, cum nullam ſui dicti rationem afferant, quam fluxa ſit eorum fides, nemo non videt. Bocquillotius item *Liturg pag.* 179. ait, in Cimelio Domini de la Marne, in ſupremo Pariſienſi Senatu ampliſſimi Conſiliarii, adſervari ad hæc uſque tempora *Calicem Ligneum*, olim ad Chriſti Sanguinem in Altari conficiendum. At quam belle ab hujuſmodi Cimeliorum Cuſtodibus ſimplicioribus imponatur, ac venerandæ antiquitatis nomina quibuſdam rebus aptentur,

tur , quas vel ærugo, vel rubigo, vel aliud quid ſimile aliquo vetuſtatis ſpecimine incruſtarunt, ii ſciunt, quos hæc ſtudia delectant . Optaſſem Bocquillotium ab ſe viſum Calicem teſtari potuiſſe.

Verum evenire aliquando potuit ob nimiam paupertatem , & inopiam nonnullarum Eccleſiarum , Calices in eis *ligneos* quandoque fuiſſe, Sacroſque Canones , ſi qui ſunt , in hujuſmodi uſum ſapientiſſimè animadvertiſſe. Cum enim *lignea* materia bibula ſit , indecorum erat in ea Sanctiſſimum Chriſti Sanguinem adſervari . Ex una autem , vel alterius Eccleſiæ conſuetudine , ad omnem univerſam Eccleſiam inferre non poſſumus . Unde in Synodo Florentina anni 1518. ſub Julio Mediceo , poſtea Clemente PP. VII. *Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellium* 1564. *de celebratione Miſſarum cap.* VIII. *pag.* 30. mulctâ pecuniariâ animadvertitur in *Sacerdotes rurales Calicibus ruptis , rubigine notatis , ſordidis, ligneiſve celebrantes* . Quod autem , & cuique fortaſſe admirationi erit , Eccleſia noſtra Lucenſis ver-

gente ad finem eodem ſæculo XVI. Eburneas adhuc adhibuerit Pixides ad Sacram Euchariſtiam in Eccleſia ſervandam, dilucide conſtat ex Conſtitutionibus Synodalibus Alexandri Guidiccioni Lucæ editis *ab Franciſco Busdrago anno* 1571. quinto jam elapſo anno, ex quo in Synodo *capit.* 41. *pag.* 48. ſtatutum fuerat: Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum *in Pixide aurea, argentea, vel eburnea, aut alteri decenti vaſculo corporali candido interius ornato conſervabitur, & in Tabernaculo decenti ligneo deaurato, &c.* (*) Calicum etiam ſtanneorum uſus vetitus fuit anno 1566. in Synodo, hoc anno habitâ, ſub Eminentiſſimo Car-

---

* Morem hunc obvoluendi puris linteaminibus interiores partes Sacrarum Pixidum, in quibus particulæ conſecratæ adſervantur, uſitatum fuiſſe in Eccleſia Nolana, nos docet ejuſdem Synodus, celebrata anno 1588. ſub Fabricio Gallo *Tit.* VII. *capit.* III. *Pixis exſtet aurea, vel argentea, quæ corporale mundum pede premat: & hic in ipſo Tabernaculi pavimento: alterum, ne particulæ metallum attingant, fundu in interiori adſervet, &c.*

Cardinali D. Hippolito Rubeo *Ticini* 1612. *part.* II. *capit.* *XVI.* *pag.* 55. Verum in Directorio Viſitatorum, ac viſitandorum Lucæ Antonii Reſtæ Epiſcopi Andrienſis *Romæ* 1593. *pag.* 23. Pixis ſtannea admitti videtur, ad aſſervandam Euchariſtiam.

Modo ad *Patenas Vitreas* deveniendum: quarum uſum, & ſi cætera deeſſent argumenta, abunde firmat decretum Zephyrini Pontificis ſuperius laudatum: cui nec idem Bona refragatur. Alterum enim, quod afferunt, ex Honorato Maſſilienſi in Vita S. Hilarii, ambiguus loquendi modus in dubium revocat; en verba -- *Qui*, Hilarius nempe, *eò credidit omnia diſtrahenda, uſque quo ad PATENAS, & CALICES VITREOS veniretur* -- Nonne cuiquam fortaſſe placere poteſt explicatio hæc: aureas, ſcilicet, argenteaſque Patenas pauperibus eſſe erogandas; ita ut eo paupertatis redigantur Eccleſiæ, ut eas vitreas conficere opus ſit? Certè ad pauperes alendos, ad Fideles è captivitate redimendos, ad defunctorum corpora humanda: *hæc tria genera ſunt*, inquiunt

Acta Sancti Laurentii, apud Ambroſium *lib.* 1. *officiorum capit.* 41. *in quibus Vaſa Eccleſiæ etiam initiata, confringere; conflare, vendere licet*. Ut ut verum ſit, hoc quoque ad demonſtrandum *Patenarum vitrearum uſum*, ſaltem urgente neceſſitate, aliquam ſymbolam addit. Non enim Hilarius dixiſſet, Sacrum Eccleſiarum Miniſterium ad *Vitreas Patenas* reduci poſſe, & deberi quandoque, ſi aliàs earum uſus novus propemodum, & inſolens fuiſſet. Pronum ergo eſt credere, fuiſſe jam factum olim, quod iterum fieri poſſe Hilarius declarat.

Si vero deficiunt *Vitrearum Patenarum* exempla penès Scriptores; tantà è contra ſuppetunt ad *Vitreos Calices* adſtruendos; ut eorum numero penè obruamur. Mihi ergo extra chorum ſaltaſſe, initamque orbitam deſeruiſſe objiciet nemo, ſi de *Calicibus Vitreis* aliqua diſſeram: Calicibus enim Patenæ ſemper affines, raròque eveniſſe animadverti in ſacris Scriptoribus, Calices, veluti Sacrorum Vaſorum genus, numerari ex una, alterave materia conflatos, quibus ſtatim

non

non addatur *&* *Patena* ; *cum Patena ſua* , *una cum Patena* , *&c.* ſicuti ex allatis exemplis , & ex iis , quæ in poſterum adferentur , apertiſſimè patet . Ut jam quiſque confidentiſſime aſſerere poſſit , in moribus fuiſſe antiquorum Chriſtianorum Calices , & Patenas ſaltem *Sacramentales* , *&* *Minores* , ex una , eademque Materia componere . Id nobiſcum ſentit Eminentiſs. Bona *lib.* 1. *capit.* 25. -- *Ex eadem materia* , *qua Calices* , *conflatas fuiſſe* PATENAS , *cum par utrobique ſit ratio* , *credibile eſt* -- Accedamus ergo ad nonnulla de *Calicibus vitreis* commentanda , ut inde Materia quoque *Patenarum* qualis , quandoque fuerit , emergat .

Calices vitreos in Euchariſtiæ Sacrificio conſueviſſe olim , res clarior eſt, quam indigeat teſtimoniis . Nihilominus eorum primum ab Tertulliano *lib. de pudicit. cap.* 7. deducunt Liturgici -- *Præcedant picturæ Calicum veſtrorum* , *ſi vel in iſto pellucebit interpretatio Pecudis illius* : *ovis ſcilicet deperditæ*, *&* *ab Paſtore Evangelico humeris ſuis ad caulam revocatæ* -- Et infra *cap.* 10. --

Si forte patrocinabitur Paſtor , quem in Calice depingis -- Uterque locus ab Eruditiſſimo ſacrarum rerum Ciampinio in ſua Sacra Hiſtorica diſquiſitione , de duobus Cimeliis in Muſæo Cardin. Carpinei , pro *Calicum vitreorum* antiquiſſimo uſu profertur . Sequitur Tertullianus -- *At ego ejus Paſtoris Scripturas haurio , qui non poteſt frangi* -- Hic Cardinalis Bona difficilem ſe præbet , in admittendis ex Tertulliano vitreis Calicibus Euchariſticis. Ait enim , Scriptorem hunc de ſola fractura , & pictura loqui , quæ non tantum vitreis , ſed etiam aureis , argenteisque Calicibus convenire poſſunt : illius præſertim Scriptoris ſtylo , qui metaphoris abundat : ac ſi aliquid vel pingi , vel frangi nequeat , quod vitrum non ſit . Inde ad Ciceronem provocat , qui *Orat. v. in Verrem* anulum aureum fractum , & comminutum dixit . Vera hæc quidem ; ſed circumſtantiæ nonnullæ , quæ in locis ex Tertulliano adductis obſervatu dignæ occurrunt , aliter ſe habere rem , tantùm non demonſtrant . Primùm etenim dicitur *Paſtor* in Calice *depi-*

ctus,

ctus , quod de metallis durioribus ; puta orichalcum , aurum , argentum , *inſculptus* debebat dici . Sicut *depingere* aptiſsimè aptari poteſt , figuris vitro inuſtis : ea potiſſimum ætate , in qua hujuſmodi vitreæ picturæ paſſim uſui veniebant apud Chriſtianos : & præcipue in Calicibus , Poculis , & Patenis . Hodieque parvo negotio effodiuntur in Cæmeteriis , & in Cryptis fragmenta vitrorum , quæ ut plurimum , vel Patenæ erant , vel Poculorum pars illa infima , quæ fulcro jungitur : quæque , utpote craſſiori laminâ compacta , faciliùs potuit , tenuioribus vitri partibus comminutis , integra ſervari , & aliorum corporum in ſe impingentium ictus eludere . Fragmenta hæc omnia colorata ſunt , convivalia in primis , quæ donariorum vice erant Antiquis , & quarum multa congeſſit Aringhius in Roma ſubterranea , Boldettus de Cæmeteriis , & præ omnibus Vir Clariſſimus Philippus Buonarota Senator Florentinus in ſuo Libro , quem Italicè ſcripſit , de Fragmentis vitreis cum Imaginibus . Non enim Encauſtica hæc heri , aut

nu-

nudiustertius inventa, ſed diù multumque apud Veteres uſu trita leguntur: ut apud Martialem *lib.* IV.

Encauſtes Phaeton tabula tibi pictus
in hac eſt:
Quid tibi vis, Dipyron, qui Phaetonta facis?

Egyptiis vaſa erant murrhina, & vitrea, quæ in Urbe Dioſpoli elaborata in Aſiæ emporia deferebantur. Et Plinius *lib.* XXXVI. *capit.* XXVI. ait, vitrum, addito quodam tincturæ genere *Vitrum fieri opſidianum*, (61) *fieri & album, & murrhinum, & hyacinthos, ſapphyroſque imitatum, & omnibus aliis coloribus. Nec eſt materia ſequacior, aut picturæ accomodatior*. Et licet in noſtris vitris de diverſo picturæ genere agatur, nihilominus jam ab ætate Plinii, vitra colorandi morem patet invaluiſ-
ſe

(61) Lapis eſt in Ethiopia inventus, quem Græci ὀψιανὸν vocant, quod nigerrimi eſſet ſplendoris, & imagines redderet, ab ὄψις, oculus, & oculi pupilla. Ita Salmaſius *pag.* 144. contra Plinium aſſerentem dici Opſidianum, *quia eum in Æthiopia invenit Opſidius*.

ſe . Conſule Henricum Salmuthum in *Notis ad Titulum* II. Guidonis Panciroli de Encauſto . Animadvertendum ulterius , ab Tertulliano diſertè dici in Calicibus *prælucere picturas* : quod verbum aptiſſimè de vitro uſurpatur , vel ab iis , qui nondum ære lavantur . Quamvis autem *frangere* , vel *frangi* de aliis quoque vaſis metallinis prædicetur ; magis autem competit vitro , quo mediusfidius nil fragilius inveniře poteris . Cur ergo impropriè ad aliam materiam transferre volumus verbum , quod appoſitè de vitro intelligitur ? Laudandi ergo Baronius *Annal. ad ann. cclxxvi.* & Joannes Dalleus de *cultus religioſi objecto cap. xxII.* qui ex his Tertulliani locis *vitreorum Calicum* uſum probant . His adſtipulatur Pamelius in *Notis capit.* VII. -- *Unde colligitur , tunc temporis Calices vitreos fuiſſe . Hoc eſt enim quod dicit , frangi faciles .* --

Quædam nunc adferenda ſunt teſtimonia , quæ omni ſuſpicione carentia , vel ab invitis fidem impetrent . Epiphanius *lib.* I. *adv. hæreſ. Tom.* II. *hæreſ.* XXXIII. poſtquam Iræneum hæc

eadem

eadem, licet ſuboſcure (62) narrantem laudavit : hæc ſubdit -- *Ferunt tria apud illos ex vitro vaſa comparari, in quæ album Vinum infuſum, dum illam, quam vocant Euchariſtiam; reverà autem incantamenta, peragunt, ſubito commutatur: ut aliud ſanguinei; aliud cærulei, aliud purpurei coloris appareat* -- Auctor in ſectatores Colombarſii inſurgit, Marci hæretici, inſigniſque Præſtigiatoris Diſcipuli, qui *vitreum* Calicem, Catholicorum morem æmulatus, in Altari adhibens, vinum album in eum immiſſum, vel ſuis præſtigiis, vel vafritie quadam, mutabat in rubrum : ac ſi per ejus invocationem Chriſti Sanguis ſtillaret in Calicem. De hujuſmodi homine, eadem cecinit Auguſtinus *de hæreſ. ad Quodvultdeus capit. xiv.* ubi Tertullianum adverſus Valentinianos, & Iræneum *lib. 1. capit. ix.* in teſtes advocat : aliaque memorat perditi hujus Capitis

(62) Dixi ſuboſcurè : vox nempe ποτήριον, quâ utitur Iræneus, non *vitrum*, ſed ex quacumque materia *Poculum* deſignat. Apertius Epiphanius.

Capitis facinora, quibus Matronis divitibus, opulentiſque illudebat, ut aureum ab eis emungeret. Narrat inſuper Gregorius Magnus *Dialog. lib.* VII. Donatum Epiſcopum Aretinum in Sacris faciendis *vitreo Calice* uſum fuiſſe: quem cum Pagani in teterrima illa perſecutione, qua Julianus Apoſtata Eccleſiam Dei immaniter afflixit, per contumeliam confregiſſent, Sanctiſſimus Præſul interventu ardentiſſimæ Orationis mirabiliter reparavit. Similemque *vitrei* Calicis, confractique reparationem, factam in Eccleſia Mediolanenſi meritis B. Laurentii Martyris, narrat Gregorius Turonenſis *lib. de gloria Martyrum capit. XLVI.* Advocandus hîc eſſet Hieronymus *Epiſtola* IV. *ad Ruſticum*, ubi agit de S. Exuperio Toloſano Epiſcopo Chriſti Sanguinem portante in *vitro*, ſed ejus verba ſuperius adducta ſupervacaneum eſſet hìc denuò exſcribere. Expendere juvat modo ea, quæ habet Cyprianus Epiſcopus *lib.* I. *de Vita Cæſarii num.* XVII. Cum enim Cæſarius Arelatenſis Præſul in redemptionem Captivorum expenſo argento, quod

Vene-

Venerabilis Eonius Anteceſſor ſuus Menſæ Eccleſiæ ſupremis tabulis legaverat -- *Cuſtodiens illud, quòd Dominus in aerantino paropſide tinxit panem, non in argenteo vaſe, opus ſanctum uſque ad Divini Miſterii diſpenſationem, cum Thurribulis* (fortaſſe Turriculis) *Calicibus, Pateniſque per eorundem redemptionem vendidit* -- Quod factum probantibus aliis, aliiſque, ut aſſolet, culpantibus -- *Nonne*, ſubdidit, *in vitro Sanguis Chriſti, & in ligno Corpus pretioſiſſimum ejus effulſit?* -- Unde apparet, concludunt Liturgici omnes, in vitro Sanguinem Chriſti aſſervandi, vel conficiendi morem in Eccleſia ante Cæſarium obtinuiſſe. Nec deerunt, qui ex ipſis verbis, eliminatam ſententiam de *Lignea Patena* rurſus inſtaurent. At quomodo ætate Cæſarii *Vitrei Calices*, & *Ligneæ Patenæ* erant in Eccleſia, ſi ea Vaſa omnia Eccleſiæ, quæ vendidit, *aurea erant*, & *argentea*: inter quæ diſerte nominantur *Turriculæ*, *Calices*, & *Patenæ*? Num his ad inanem Altaris pompam reſervatis, *Vitreis* tantum, & *Ligneis* in Sancto Sacrificio utebantur? Nonne hæc aſ-

ſeruiſſe,

ſeruiſſe, ſomniaſſe fuit? At, ſic Deus me amet, quemadmodum locus hic aliter eſt interpretandus, ac Scriptores omnes hucuſque egerint. Puto enim Cæſarium pro *vitro* Euchariſticum Poculum in ultima Paſchali Cæna, & pro *ligno* Crucem Sanctam, in qua Corpus ejus pependit, intellexiſſe. Nec verborum contextus hanc reſpuit explicationem. Si enim Cæſarius, dum hæc ageret, illud habebat in mente, quod Chriſtus in ultima Cæna egerat, cur loquens, potius ad uſum Eccleſiarum, quam ad Euchariſtiam, & mortem Chriſti reſpicere debebat?


Peracta ulteriùs, & in vado poſita eſt vitreorum Calicum cauſa, ſi genuina ſunt vitrea fragmenta, quæ temporis edacitati ſubtracta, in quibusdam Cimeliis etiamnum exponuntur. In iis enim non obſcura apparent *Vitreorum Calicum* veſtigia; quinimo integros *Calices vitreos* Romæ adſervatos, apud nonnullos S. Eccleſiæ Purpuratos ſe vidiſſe, Doughteus, egrè tamen, & per tricas, fatetur. Bocquillotius alterum memorat, &

Pa-

Pariſiis inter Sacræ Antiquitatis rudera, apud Dominum de Requelene Pariſienſem Conſiliarium oſtendi, ſcribit. Nunquam è mente excidit, me quoque, dum olim Roſſanenſe Cænobium inviſerem, quondam τῶν πατερῶν dictum, nunc, corrupto vocabulo, *del Patire* unum vidiſſe, manibuſque atrectaſſe *vitreum Calicem*, quem Baſiliani Monachi, Monaſterii Incolæ, Advenis ſuſpiciendum, veluti Sacræ antiquitatis monumentum, non ſine prævia venerationis ſignificatione, oſtendunt. Unde Cl. Dom. Abbatem de Ferrariis Roſſani degentem, mihique antiqua neceſſitudine conjunctum, nuper per literas compellavi, ne quid diligentiæ ſuæ deſiderari pateretur, donec ab Monachis Calicis iconem coloribus ductum impetraret, mihi pro ſua humanitate elargiendum. Fecit vir humaniſſimus: transmiſſamque figuram æneis formis redditam, hìc apponendam curavi, Tabula III. Altitudo ejus eſt palmi Neapol. $\frac{11}{12}$ Roman. $\frac{13}{12}$ Latitudo palm. Neapolit. $\frac{5}{18}$

For-

Tab. III. Pag. 144.



ıe ad
xcur-
exum
. Teſ-
ıſum,
s, &
ıtum;
, ex-
nbit,
u ful-
n: ſi-
um ei
nbus,
oerce-
lſerva-
veluti
: expi-
n Roſ-
olim,
Unde
nenta-
c erat
m cul-
em fi-
s enim
imum,
place-
Crucis
piùs

Pariſi
ra ,
Pariſi
bit .
quoq
bium
dictum
del Pa
atrecta
ſiliani
Adver
antiqu
prævia
ſtendu
de Fer
que a
nuper
diliger
donec
coloril
pro ſu
cit vi
que fi
hic ap

titudo

man.

na rotunda . Ab apice uſque ad
rum , ſeu pedunculum rectâ excur-
niſi quod paululum in convexum
ait, atque cærulei coloris eſt. Teſ-
tum opus è ſimili vitro fuſum,
ſque in transverſum euntibus , &
invicem decuſſantibus formatum;
e anaglyptice agglutinatum , ex-
orem ſuperficiem undique ambit ,
ſuper eminet . Pes autem, ſeu ful-
m albi coloris , & lævigatum : ſi-
i , & interior pars. Epiſtomium ei
lum , nec circa orificium limbus ,
Epiſtomium in ſua orbita coerce-
. Orbiculus vitreus in eo adſerva-
, planus & ipſe, coloriſque veluti
lacei . Cujus uſum facile eſt expi-
ri , ſi advertatur Monaſterium Roſ-
enſe Græcum ritum habuiſſe olim,
dieque in multis retinere . Unde
m oblatæ ex communi , fermenta-
que pane detrahebatur , hæc erat
ma, ſeu Typus; circum quem cul-
r ductus , in hanc orbicularem fi-
ram eas diſſecabat . Quamvis enim
æcis Sacerdotibus , ut plurimum,
ma quadrata in oblationibus place-
; , utpote quæ ad ſignum Crucis

K . propiùs

propiùs accederet, teſte Gabriele a Philadelphia: *Græci cum panem ad ſacrificandum conficiunt, ut plurimum non rotundant; ſed in quatuor ramos ad formam Crucis extendunt*; attamen, rotundas quoque adhibuiſſe oblationes, patet plurium ſcriptorum teſtimonio, apud Liturgicos. In iis verò ferro quodam, *ſigillum* vocant, quadrata Crucis figura in centro orbiculi imprimebatur. Hujus rotunditatis myſterium aperit Synodus Provincialis Beneventana Hugonis II. Guidardii anni 1374. *ex Synodico Benev.* 1695. *pag.* 121. -- *& formatur ad modum denarii, quia Panis vitæ pro denariis traditus eſt: & quia idem denarius in vinea laborantibus in premio datus: & forma debet eſſe rotunda, ut ſignet eum, qui eſt ſine principio, & ſine fine: & debet eſſe imago aliqua, cum literis, propter imaginem Chriſti repræſentatam: & quia nomina noſtra in libro vitæ ſcribuntur.* --

Non abſimili teſſellato, ſeu reticulato opere obducitur Poculum illud vitreum antiquiſſimum, quod ex Muſæo Eriprandi Viſconti Patricii Mediolanenſis

lanenſis, a me dono habitum illuſtravit Cl. P. Santinellus Congr. Somaſchæ eruditâ diſſertatione *de Philothesiis Veterum* Italice ſcripta, & in *Tomo* quodam Italicarum Ephemeridum, edita. Faſciolis item teſſellatis alterum vitreum Poculum circumdabatur, quod anno 1725. Romæ ab Illuſtriſs. Gentilotto ex Auguſtiſſimi Cæſaris Caroli VI. Bibliothecario, Romanæ Curiæ Auditore, inde Epiſcopo Tridentino electo accepi, Paſſaviam deferendum, & cuidam Gentili ſuo dono dandum. (63)

Quod ſi mos erat hujuſmodi pocula vario colore interlinire, & anaglyptico opere circumdare: neſcio, an vera ſit opinio aliquorum, penes Peaſſonium in actis Eccleſiæ Univerſalis, opi-

(63) Hujuſmodi reticulis Pocula hæc ab injuriis tutiora erant: eâdem profecto ratione, quâ reticulis vel ære, vel ferro, vel nervis factis circumdabantur columnæ, in veſtibulo ædium, ornatus cauſa, collocatæ, *Ulpianus in Leg. Fund. §. Reticuli ff. de Act. Empt.* Et eæ erant, quas Anaſtaſius in Hilario vocat *Columnas ragiatas*.

opinantium, ideo ex *Cornu* fieri conſue-viſſe Calices ab aliquibus Euchariſticos, ut Populorum pietati morem gererent & in eis, ſicut in vitreis licebat, San-ctiſſimum Chriſti Sanguinem proſpice-rent. At Marci Colobarſii eximii Præ-ſtigiatoris inventum, a nobis ſupe-rius relatum, ſatis ſuperque oſtendit, *Calices vitreos* intus, exteriuſque, quan-doque levigatos eſſe, nullo interjecto impedimento, quominus ab longe etiam, receptus in eis liquor intuenti-bus appareret.

Hujuſmodi autem vitreorum Cali-cum uſum ad tempora uſque Grego-rii Turonenſis deducendum opinatur Caſalius *in lib. de veter. Chriſt. ritibus capit.* 11. ideſt VI. a nato Chriſto Sæ-culo. At, ſi vera fateri placet, diutius duravit: ad ætatem ſcilicet Caroli Magni, prout docet Baronius in No-tis ad Martyrologium ad *diem* VII. *Auguſti*. Quin Bocquillotius in *Litur-gia pag.* 181. ait in vita S. Vinoci *Sect.* 2. *pag.* 309. legi, Monachos ejuſdem Monaſterii, uſque ad ſæculum deci-mum, Calicibus vitreis uſos eſſe: & hodienum in aliquibus Paræciis in

Galliis

Galliis adhiberi. Ex quibus aliud exſurgit contra *Corneos* Calices argumentum. Quomodo enim fieri poteſt, ut credere videtur Peaſſonius, Calices corneos ideò in Altaribus admiſſos, quia vitrei legibus Eccleſiaſticis prohibebantur, ſi horum uſus longe ſeriùs obtinuit? Certè in vita S. Stephani Calatinæ, hodiè Cajacenſis Eccleſiæ Epiſcopi, apud Cl. D. Michaelem Monachum in *Sanctuario Capuano pag.* 184. docemur, vitreorum Calicum uſum in eadem Eccleſia ad initium ſæculi XI. viguiſſe adhuc. Legimus enim poſt celebrata divina myſteria in ipſo Reſurrectionis Dominicæ die, quendam vitreum Calicem, *in quo divina fuerunt pertractata myſteria*, & quem tergendum ſuſceperat, fregiſſe. Cæterum arridet ſententia Cardin. Baronii ſupra laudati, quam ſemper ſequitur alter, doctrina, & pietate æqualis Cardinalis Bona; uſum ſcilicet Calicum, & Patenarum vitrearum non in aliquam Eccleſiæ legem referendum, ſed Barbarorum excurſionibus, & Tyrannorum perſequutionibus, quæ coegerunt Eccleſiarum Paſtores omne,

 quod

quod in eis pretioſius erat, divendere, & vinctis, exulibus, pauperibuſque Fidelibus erogare. Quod poſtea vetitum fuit vitandæ fractionis, vel Sacramenti decentioris cuſtodiæ cauſa. Tali ratione in Synodo Beneventana habita anno 1378. ſub Archiepiſcopo Hugone Guidardio *ex Synodico Benev.* 1704. *cap.* VI. *pag.* 3. expreſſe mandatur, *ut vaſa in quibus S. Chriſma, & Oleum reponuntur, fiant de cætero, & ſint de metallo, & non de vitro; ita quod facilior frangi non poſſint, nec liquores effundi.*

Quapropter arduam ſanè Provinciam ſuſcipiet, quisquis veterum teſtimoniis probare ſibi blanditur, vitreorum vaſorum uſum olim in Eccleſia ſtatutum fuiſſe: vetitum enim pluries, nunquam mandatum legimus. E contra vero aureos, argenteoſve Calices, ac Patenas Eccleſiaſticis urgentibus legibus uſuveniſſe comperimus. In decreto *de conſ. D.* 1. *cap.* XIV. habemus -- *ut Calix Domini, & Patena, ſi non ex auro, ex argento fiant* -- & Regino ex Concilio Remenſi *lib.* 1. *capit.* LXVII. *de Eccleſiaſt. Diſciplin. refert* --

ut

ut Calix Domini cum Patena ex auro omnimodo, vel ex argento fiant. --

Modum nunc excederem, ſi teſtimonia, quæ de Patenis aureis, argenteiſque habemus, omnia hìc congerere vellem. Pauca ſufficiant. Anaſtaſius de Adriano, apud Baronium Anno M. CCXXXII. narrat -- *quòd in Oratorium contulit Patenam, & Calicem aureum* -- In teſtamento Riulfi Epiſcopi Helenenſis ex Cartulario Eccleſiæ Helenenſis apud Stephanum Balutium in *Appendice ad Reginonem pag.* 625. Eccleſiæ donatos legimus -- *Calices argenteos, unum cum ſua Patena cum auro* (auro ſcilicet obducta) *alium ſine Patena* -- S. Aurelius Abbas Attanenſis in Lemovicis teſtamento ſcripto Anno Domini DLXXI. inter cætera, hæc de Sacris ornamentis exaravit -- *quod unuſquiſque locus Sanctus conſtitutus, ibi habeat miniſterium: Patena argentea valens ſolidis lxxii. &c.* -- apud Mabillonium *Analect. tom.* II *pag.* 48. Viſridus Comes, & Vindinillis Comitiſſa Anno Dom. DCCCLXXXVIII. tradiderunt Eccleſiæ S. Mariæ Ruipullenſis - *Calicem, & Patenam de auro* -- in Appendice Mar-

cæ Hiſpaniæ *pag*. 817. Idem Viſfridus An. DCCCXI. eidem Eccleſiæ ſupremis tabulis legavit -- *Calicem argenteum cum Patena* -- Sed jam ſatis.

Aureas, & argenteas Patenas ſequuntur aliæ anaglyptico opere elaboratæ, & gemmis, vel unionibus ornatæ. Juſtinianus Imperator circa annum IↃXXI. dona miſit Hormiſdæ Papæ, inter quæ -- *Patenam auream cum gemmis hyacinthinis penſantem libras xx.* -- Ex Auctore Libri Pontificalis in Vita Hormisdæ. Alterius meminit Anaſtaſius in *Nicolao* -- *Patenam ex auro puriſſimo miſit Michael Imperator cum diverſis lapidibus pretioſis* -- Plura Gregorius Turonenſis in Hiſtoria Francorum Sacra Vaſa enumerat, quæ ex Hiſpania Childebertus Rex detulit, inter quæ -- *quindecim Patenas, ſexaginta Calices, omnia ex auro puro, & gemmis pretioſis ornata* -- Joannes Diaconus Chronicon. Epiſcoporum Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ, apud Rerum Italicarum Scriptores *Tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 310. de Stephano agens, illius ſedis quadrageſimo Epiſcopo ait -- *eundem feciſſe ad Sancta Eccleſia ornamentum Crucem au-*

ream

ream mirabili fabrefactam opere ; quod Spanoclauſtum , & Antipenton (64) *vocitatur : eodemque enim opere fecit & tres Calices aureos cum Patena aurea, quam in gyro , & medio gemmis decoravit* -- Cujus auctoritate initam de materia Patenarum diſputationem abſolvimus.

V.

---

(64) De harum exoticarum vocum ſignificatione *Spanoclauſtum* & *Antipenton*, quam *Antipepbeton* legendam putat Du-Cangius ex Græco ἀντιπεφτον, ſubintelligendo *aurum recoctum*, ſeu *Obrizum* , audiendus eſt Vir Cl. mihique nunquam ſine præfatione laudis nominandus , Lud. Antonius Muratorius in Notis ad hæc verba -- *Non uno in loco uſus eſt hac voce* Spanochyſtum *Anaſtaſius in Vitis Pontificum* . Regnum Spanoclyſtum *explicatur in Gloſſario Latin.* corona deſuper clauſa : *ex Greco* ἐπανόκιστος . *Sed quid Crux aurea* Spanochyſta , & *Patena aurea* Spanochyſta *memorata Anaſtaſio* in Vita Leonis III. *Mibi veroſimile videtur , vocabulum hoc deducendum eſſe ab* σπανός , *quod rarum & pretioſum ſignificat ; niſi ab Hiſpanis arceſſere velimus , quos* Spanos *antiqui etiam Græci dixere : & ab* κλάω , *quod ſignificat flectere & percutere : ut hinc raritas , & forma auri indicetur :*

aut

V.

Modo ad picturas, quibus quandoque inſigniebantur Patenæ procedendum eſt. Harum unam memorat idem Joannes in Vita S. Athanaſii Epiſcopi Neapolitani ſcribens -- *tum ex argento feciſſe magnam Patenam; ſculpentem in ea Vultum Salvatoris, & Angelorum; quam intrinſecus auro perfudit* -- Non abſimilem Patenam memorat Anaſtaſius in *Vita Gregorii* IV. in qua pariter ſculptus fuerat Vultus Domini Noſtri

---

aut locus, ubi aurea illa opera fabricantur. Hæc Ille. Doctiſſimi Viri primam conjecturam firmant alia loca Anaſtaſii: in quibus hujuſmodi opus *Spaniſcum* dicitur, voce ad σπάνος proprius accedente: in Leone IV. *Vela cum argento ſpaniſco: vela de ſpaniſco ornata. Vela ſpaniſca duo*. Et alicubi ab Nobis Tuſcis ſolet dici *è uno ſpanto* pro judicanda re pulcherrima elegantiſſimâque. Ex Raineſio in Libello de Inventione Reliquiarum Sanctorum Eutychetis, & Acacii, apud Ughellium *Tom.* VI. habemus: *Crucem Domini ex auro puriſſimo fecit admirabili artificio compactam, quod* Spanoclauſtum & Antipenton *vocabatur*.

Noſtri Jeſu Chriſti . Et Cl. Boldettus *de Cæmeteriis pag.* 191. unam exhibet vitream, in cujus medio orbiculo imago apparet SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli; & quamvis idem eruditus Auctor alterum Vas planum, quod diffractum exhibet *pag.* 166. operculum fuiſſe exiſtimet, mihi in proclivi eſt, Patenam eum etiam credere. Nam capita Apoſtolorum exhibet (65); uvam, palmiteſque refert, quas, ut videbimus infra in Patena Abellenſi, Euchariſtiæ typum eſſe nullus ambiget. In tribus etiam Patenis antiquioribus, quas mihi per Cl. Paciaudium exhibuit Illuſtr. Præſul Petrus Maria Caraſa Ec-

(65) Apoſtolorum imagines in Patenis, Calicibus, & Crucibus obviam ubique ſunt. Caſalius de *Veter. Chriſtianorum Sacr. Ritibus cap.* 7. Crucem exhibet, ex opere muſivo S. Clementis in Monte Cœlio: ubi duodecim Columbæ inſpiciuntur; octo in recto, quatuor in tranſverſo ligno, quas Apoſtolos ſignificare apertiſſimè docet Paulinus *Epiſtol.* 16. *ad Severum*:

Crucem Corona lucido cingit globo,
Cui Coronæ ſunt. CORONA Apoſtoli;
Quorum figura eſt Columbarum Choro.

Eccleſiæ Sancti Nicolai Barenſis dignissimus Prior, apparebat in medio orbiculi Christus, vel è monumento reſurgens, vel ſuper monumenti lapidem ad inſtar triumphantis ſedens, encauſto opere elegantiſſime depictus: quod ſuo non carere myſterio mox videbimus. Nec abſimili figura ornatur Patena recentior, XIV. ſcilicet ſæculi, quam una cum ſuo Calice ſervat Cimeliarcha Eccleſiæ Ravellenſis, & Scalenſis.

In noſtra autem Patena Forocornelienſi *Agnus* conſpicitur, Altari, vel cuidam Sacræ Menſæ impoſitus, cui Crux nuda imminet: ibidem enim Agnus oblatus Crucifixi vices adimplet.

Primus, qui ovis, & Paſtoris imagines in Sacris Vaſis depictas, ſculptaſve commemoret, Tertullianus eſt, loco ſuperius exagitato de *pudicitia cap. VI.* Monſtro autem quid ſimile videri poteſt, Franciſcum Junium exiſtimaſſe in hoc Tertulliani loco exprobrari, quod ex uſu Ethnicorum, & moribus pictis Calicibus uterentur Chriſtiani: atque inde Auctorem probare de iiſdem

Ethnicis

Ethnicis parabolam, non de Chriſtianis Peccatoribus eſſe exponendam. At Junium toto aberrare Cœlo clamat Doughteus, licet ejusdem gregis vir, & vi veritatis adactus: fatetur, Chriſtianos ſuas habuiſſe imagines, quas ſuæ pietati, & devotioni debent: paſſimque apud eos obtinuiſſe veteris, novique Teſtamenti hiſtorias in Sacris Vaſis effingere: ſicuti, ut infinita penè prætercam exempla, videre eſt in Amula Romæ effoſſa, primùm ab Clariſſimo Blanchinio, inde minoris formæ recuſa in Liturgia Summi Pontificis Gregorii. In ea nempe anaglyptico opere ſculpta occurrit Imago Chriſti inter Diſcipulos ſtantis, & in Canæ Nuptiis aquam in vinum vertentis. Si plura deſideras, Arringhius, Ciampinius, Boldettus unico intuitu ultra votum ſatisfacient.

Senſus autem Tertulliani in præcitatis verbis, teſte Cardinali Bona *capit.* 25. *pag.* 291. *col.* 1. continet illius jam Hæretici, impiique Montani aſſeclæ adverſus Catholicos amarulenta convicia, ac ſi Paſtorem ovem perditam geſtantem in Calicibus pingerent, ut

hinc

hinc in omne ſcelus animarentur, tanquam Pænitentiam ſummi Paſtoris miſericordia recepturi poſt lapſum, quam ipſe, ut dixi, à Catholicorum caſtris infelix transfuga, negabat (66)

Qualis vero fuerit Fidelium mens in hujuſmodi Evangelica Parabola Sacris Vaſis effingeda aperit ex Pamelio Baronius *ad annum Chriſti* CCXVI. -- *Eo quoque commentario, illud inſuper antiquitatis referatur egregium monumentum: nimirum in Sacris Calicibus, qui Divino Miniſterio celebrando eſſent uſui, effigiari conſueviſſe Paſtorem, ovem humeris geſtantem: quo Sacerdotes admonerentur, imitandum ſibi eſſe Divinum Paſtorem; qui primus eum eximium Paſtoralis curæ, ac caritatis ſpecimen dedit* -- Similia ſenſit Iſidorus Peleuſiota *lib.* 1. *cap.* 136. ad Herminum -- *Epiſcopus enim, qui Chriſti typum gerit, ipſius munere fungitur; atque ipſo etiam habitu* (loquitur hìc de ipſius Paſtoris effigie habitibus Sacerdota-

(66) Quod exſurgit etiam ex ejuſdem loquendi formulâ. Non enim dicit *depingimus*, ſed *depingis*, ſacramque hanc imaginem vocat *ebrietatis Idolum & Mæchiæ aſilum*.

dotalibus intexta (67) *illud omnibus oſtendit , ſe boni illius , ac magni Paſtoris imitatorem eſſe , qui gregis infirmitates ſibi ferendas eſſe propoſuit* -- Hæc eadem recinit , quandoque cum noſtris ſentiens , Baſnagius *Annal, tom.* 2. *pag.* 273. *num.* 3 -- *Sacros quoque Calices , boni Paſtoris effigiem , ovem requirentis , ornatos fuiſſe putamus , ut hoc veluti ſymbolo , & in Peccatores Paſtorum manſuetudo commendaretur ; & crudeliſſima Montani doctrina proſcinderetur* -- Aliter ſenſit Ciampinius , qui in expoſitione vitrei emblematis Cardinalis Carpinei , exhibentis Imaginem Salvatoris , cum humeris oviculâ onuſtis , mediique poſiti inter figuras Jonæ ab Cæte deglutiti , & mox in arenam dejecti : Danielis inter leones ſecuri : Abraami cultrum in Filii jugulum aptantis , & horum ſimilium, ſubdit -- *Figuras has præcipue in Calicibus in uſu fuiſſe exiſtimo, ut Fideles in pretioſiſſimo Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri Sanguine delibando è Calicibus ; ipſius Salvatoris , aut antiqua, ſeu*

(67) Niſi mavis dicere , loqui hic de Pallio Epiſcoporum , ovium lanis contexto .

ſeu nova legis Patrum , eorumque , qui pro Chriſti amore ſanguinem effundere , aut Martyrium ſubire non detrectarunt , imaginem introſpicerent , illiuſque renovaretur memoria , qua in ipſis Fidelibus ardor , & fortitudo ad profitendam fidem magis accenderetur -- Ambroſius vero Mediolanenſium Antiſtes ſuper Pſalm. CXVIII. ita ſacrum Ovis , & Paſtoris arcanum declarat -- *Agnoſcis utique Myſterium , quomodo ovis laſſa reficiatur , quia non poteſt aliter humana conditio laſſa recreari , niſi Sacramento Dominicæ Paſſionis , & Sanguinis Jeſu Chriſti .* -- (68)

(68). Cur autem Chriſto inditum ſit *Paſtoris* nomen , vide apud Chryſoſtomum *Homil.* XII. *Tom. v. pag.* 719. Theophylactum *in cap.* XI. *pag.* 315. *& in capit.* X. *Jaannis pag.* 205. Baſilium Cæſarienſem; *Homil.* XXVI. quæ eſt de Martyre Mamante *Tom.* I. *pag.* 597. & de *Spiritu Sancto*, *capit.* VIII. Nazianzenum *Orat.* XXXVI. *pag.* 592. & *Orat.* XIX. *pag.* 288. Euſebium *Demonſtr. Evang. Lib.* IV. *pag.* 105. Nyſſenum *Orat.* III. *contra Eunomium* , *&c.* ex quibus locis pronum erit Baſnagio difficultatem exuere contra Acta SS. Felicitatis & Perpetuæ : ubi Imaginem Paſtoris videbatur

Baronii autem, & aliorum ſecum unà ſentientium opinionem firmare videntur nonnulla alia ſacræ antiquitatis Monumenta: præſertim pulcherrimus lapis, quem è Muſæo Kircheriano Antonius Maria Lupus S. I. in ſuis animadverſionibus ad recens effoſſum Severæ Epitaphium tranſtulit: ubi Imaginem obſervabis Paſtoris habitu oviculam ſuper humeros geſtantis; ibique Fideles agnorum ſpecie figuratos, qui defixo in Paſtorem intuitu opem vel expoſcere, vel exſpectare videntur. Unde & duos illos Agnos ſub Cruce poſitos, ac ſeſe è regione intuentes, in Templo S. Januarii Civitatis Interamnenſis pro Fidelibus explicat Roſvveidus *in Notis ad Paulinum*, Similiter Caſalius in Cruce gemmata, lapide muſivo expreſſa, in apſide Lateranenſis Baſilicæ, & quam ab Conſtantino Magno conſtructam volunt, in Agnis ad ejus pedes depictis innocentes Fideles deſignari contendit. Et

L in

---

batur illi, non ſatis cum gravitate & dignitate conjungi. *Vid. Not. ſeq.*

in antiqua Baſilica Conſtantiniana Pictura apparebat olim, Sanctiſſimum Salvatorem Noſtrum D. J. C. repræſentans; ad cujus pedes Agnus veluti occiſus. Nec procul alii ſeptem Agni ex Civitate quadam, Hieruſalem ſcilicet, ut lemma ſuperpoſitum denotabat, exeuntes: quos comitabantur alii ſeptem ex Bethleem venientes; *e ſignificano*, ait Franciſcus Maria Torrigius Romanus *delle Sacre Grotte Vaticane* Romæ 1639. *part.* 1. *pag.* 66. *I Fedeli Criſtiani ſeguaci della Santa Chieſa.* Alia plurima exempla occurrunt in Roma ſubterranea: ubi in imaginibus antiquis nil frequentius eſt, quam *Chriſtus Paſtor* cum Agnis, vel ovibus pictus. Et hanc Domino Noſtro Redemptori figuram placuiſſe patet ex viſione S. Perpetuæ, relata in Actis ejuſdem, ac S. Felicitatis apud Ruinartium *pag.* 95. -- *Et aſcendi*, inquit illa, *& vidi ſpatium horti immenſi, & in medio horti ſedentem hominem canum in habitu Paſtoris, grandem ovem mulgentem, & circumſtantes candidatos millia multa, & levavit caput, & adſpexit me; & dixit mihi*: Bene veniſti Te-

cnon

cnon (69) *& clamavit me , & de caſeo* (70) *quod mulgebat , dedit mihi , quaſi*

L 2 *buc-*

(69) Salutatio quaſi Parentis ad Filiam . Nam τέκνον , Græce *Filius* , ad utrumque ſexum accommodatur . Acta hæc , poſt quindecim ſæculorum decurſum , omnium venerationi , & admirationi habita , inventus eſt Baſnagius , qui in jus vocaret ; Sanctaſque has veluti Montaniſtas traduceret . Huc ſcilicet eum adduxit impia contra Nos Criticès exercendæ libido . Sed eum tot mendaciorum modios (ut ita dicam) in medium adferre , quantum vix una navis vehat , abundè eruditèque monſtravit V. Cl. Joſeph Auguſtinus Urſi Ordin. Prædicatorum in ſua Diſſertatione Apologetica *Pro SS. Martyrum Felicitatis & Perpetuæ Ortodoxia*, Florentiæ edita Ann. MDCCXXVIII.

(70) In ſchedis tumultuariis Holſtenii , quas vidit Ruinartius , explicabatur locus hic pro lacte , quod Catechumenis porrigebatur . At cum Perpetua , ejuſque Frater , cui viſionem patefecerat , inde intellexerint *Paſſionem eſſe futuram* , & cœperint , nullam *ſpem in ſæculo habere* , optime viſum eſt Ruinartio , hic adumbratum iri ritum percipiendi Sanctiſſimam Eucharistiam , antequam dies certaminis advenisset . Caſeus enim quaſi *buccella* Perpetuæ porrigitur ; ipſa eum accipit *junctis*

manibus ;

buccellam, & *ego accepi*, & *manducavi*, & *univerſi circumſtantes dixerunt*; Amen (71). Frequentiores ſunt hujuſmodi

---

manibus; inde comedit, circumſtantibus *Amen* acclamantibus. Quæ omnia adamuſſim ritibus illis conveniunt, quos in Sancta Communione obſervatos fuiſſe conſtat. Videſis Tertullianum *de Spectaculis capit. xxv.* Cornelium, apud Euſebium *Hiſtor. lib. vi. capit. xliii.* Dionyſium *Append. Euſeb. lib. vii. capit. ix.* Auguſtinum *Serm. ad Infan. de Sacram.* Ambroſium *Lib. iv. de Sacram. cap. v.* Cyrill. *Cathec. v.* Concilium Trull. *Can. ci.* ubi Patres -- *eos damnant*, *qui ex auro*, *vel ex alia materia receptaculum efficiunt ad divini muneris ſuſceptionem*, & *per ipſa immaculatam Communionem recipiunt*, *ut qui inanimatam*, *ſubjectamque materiam præferant*, *Dei imagini* -- ſcilicet *Crucis*, brachiis decuſſatis ab eis formandæ, qui Euchariſtiam ſuſcipiebant.

(71) De hujuſmodi more reſpondendi *Amen* poſt acceptam Euchariſtiam, vide S. Juſtinum *Apolog. 2. ad* Antoninum, *Tertull. Lib. de Spetac. capit. xxv.* Cyrillum *Catecheſi ultima*, Ambroſium *Lib. iv. de Sacram. cap. iv.* & eſt aliquid notatu dignum apud Euſebium *Hiſtor. Lib. vi. capit. xliii. pag. 315. edit. Cantabrig. 1720.*

juſmodi viſiones in Actis Sanctorum Martyrum , quas divinâ providentiâ ad eorum ſublevandos labores eveniſſe nullus dubito . Quorum chariſmatum dona paſſim occurrunt apud Ruinartium , & præcipuè in Actis ſinceris , ac genuinis Jacobi , & Marciani , tum Montani , & Lucii ; ac Sociorum , & alibi tantum non ſemper . Horum autem revelationum copiam ampliorem longe fuiſſe initio Eccleſiæ , quam poſterioribus ſæculis ; eruitur ex Origene adverſus Celſum , referente hujuſmodi ſignorum veſtigia apud paucos dumtaxat morum candore , vitæque innocentiâ celebres remanſiſſe (72) . Ad revelationem vero S. Perpetuæ , quod ſpectat , mihi fas ſit dicere , id omne , fortaſſe , eam ſibi repræſentari divinitus vidiſſe , quod vigilantis oculos continuâ ; aſſiduâque contempla-

 tione

(72) *Lib. VII. pag. 317. edit. Cantabrig. Signa autem Spiritus Sancti initio quidem doctrinæ Jeſu , & poſt ejus aſſumptionem plurima oſtenſa ſunt ; deinde verò pauciora . Sed & nunc ipſius apud paucos extant veſtigia , qui animas & verbo , & congruentibus actionibus expurgarunt .*

tione occupabat. Nam cum ea, quæ ſenſu volvuntur, vota diurno tempore nocturno reddat amica quies; quid mirum S. Martyrem, id, Deo permittente, in revelatione vidiſſe, quod die ſemper præ oculis habebat? Chriſtum ſcilicet in habitu Paſtoris depictum (73) in Parietibus, in Calicibus, in Vaſis Sacris, in libris Evangeliorum præcipuè: quos Martyres ſecum in carcerem deferre, fuiſſe ſolitos, patet ex Actis Sanctorum Martyrum Scillitanorum apud Ruinartium *pag.* 87. ubi Saturnino Proconſuli interroganti, quoſnam libros legerent detenti in vinculis, reſpondit Speratus, è numero Martyrum unus: *Quatuor*

---

(73) Poſtquam hæc ſcripſeram animadverti, Holſtenium in laudatis Notis mecum ſentire -- *Reprebeſentatus eſt Perpetuæ Chriſtus ea forma, qua pictus cernebatur in Oratoriis, & vaſis ſacris illorum temporum. Nam cum Evangelia titulum, & perſonam Paſtoris præcipuè Chriſto adtribuant, gaudebant eorum temporum Chriſtiani, hanc ejus amabiliſſimam ſpeciem Fidelium, nomine ovium paſſim deſignatorum, frequentiſſimè oculis objicere.*

tuor Evangelia Jeſu Chriſti, *&* *Epiſtolas S. Pauli Apoſtoli*. Quod ſi admittere velint Hæterodoxi, jam ſub anno CCII. vel CCIII. quando Perpetua, & Felicitas paſſæ ſunt, Sanctarum Imaginum uſum in Eccleſia confiteri non detrectabunt:

Neque Agnus, qui in noſtra Patena viſitur, ſuâ caret ſignificatione Myſterii. Sciunt hi, qui in ſacris hiſtoriis; & eccleſiaſticis antiquitatibus non penitus hoſpites ſunt, hujuſmodi figurâ referri Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum in Euchariſtia, qui velut Agnus ad occiſionem ductus, Sanguine ſuo Sanctiſſimo nos lavit à peccatis noſtris, pro quibus ſe hoſtiam præbuit æterno Patri. In libro Pontificali edito ab Iſaacio Haberto *pag.* 3. Epiſcopus conſecrans dicit -- *Immolatur Agnus Dei*, *qui tollit peccatum Mundi*, *pro Mundi vita*, *&* *ſalute* -- Arator *Hiſtor. Apoſtolic. in Bibliot. Patrum Tom.* VIII. *cap.* 14.

. . . . *quæ pocula vitæ*
Miſceat, *&* *latices cum Sanguine*
porrigat Agni

Hymnus ad lotionem pedum juxta

 morem

morem Moſcovitarum ex commentariis Sigiſmundi Liberi.

Trux Lupe Juda peſſime,
Fers Agno miti baſia:
Dans membra loris regia,
Quæ ſorde tergunt ſæcula.

Conſona his fuit antiquorum mens: Epiphanius *hæreſi cxix. Tom. v. pag.* 324. -- *Agnus propter innocentiam, & quia per ipſum peccatum fuit ablatum; dum ipſe oblatus fuit tanquam ovis in mactationem, quoniam venit; ut impaſſibilis* (74) *pro nobis pateretur, ut nos ſalvaremur* -- Theophilactus *in cap.* 1. *Joannis* -- *Dicitur Agnus, eo quod Deus Pater propter charitatem ſuam erga nos tradidit mactandum pro nobis* -- Chryſoſtomus *Homil. xiii. tom. vii.* -- *Vocatur Agnus propter victimam in carne aſſumptâ* -- Ab reliquis ſuperſedendum. Tantummodo hujus appellationis paulò longè petitam rationem adferam ex Clemente Alexadrino *Pedag. lib.* 1. *capit.* 9. *ſub finem* -- *Quoniam ſcriptura Pueros infantes* Agnos *vocat, Deus, qui eſt Verbum, qui propter Nos homo factus*

eſt

(74) Græcus Textus habet ὁ ἀπαθής.

eſt ; qui in omnibus Nobis aſſimilari volebat , vocavit Agnum Dei , Filium Dei , Infantem Patris . --

Nonnulli , niſi auctoritate Balſamonis , contra hujuſmodi morem , locum Synodi ſextæ adferre ſolent in *Canon. lxxxII.* Balſamoni adhæret Caranza *in Summa Concilior. Canon. prædicto* . At perperam : nam Synodus hæc (quæ quiniſexta debet appellari , ſeu Trullana , quæcumque illa demum fuerit) (75) non Agnum , Chriſti

(75) Habita fuit Synodus hæc anno 692 , ſub Agathone Papa , & Conſtantino Pogonato Imperatore . Et quamvis Conventus hic non poſſit numerari inter Oecumenicas Synodos , neque ejus Canones tanquam Generalis Concilii recipiendi , etiamſi venerando ſextæ Synodi titulo ſint inſigniti ; factum tamen , ut nonnulli ex iis Canonibus ab quibuſdam Romanis Pontificibus, & ab ſancta ſeptima Synodo , ſub nomine ſextæ , fuerint prolati . Qui certe Canones , non ex hujus auctoritate Conventus , ſed cum ſint Eccleſiaſticis & Apoſtolicis Canonibus congruentes , aliunde vim ſuam nanciſcuntur . Unus autem ex iis ſub numero *lxxxII Tom. VII Concil. pag.*

Chriſti Symbolicam Figuram, vel pingi, vel ſculpi vetuit, ſed ei anteferre ſtatuit ipſius Salvatoris Imaginem, humanam ſpeciem præſeferentem. Sententia tueri poteſt teſtimonio Eliæ, & Epiphanii; & ipſius ſextæ Synodi; Epiſtolæ Synodalis Taraſci; ac Adriani Papæ; cujus verba hic exſcribenda ſunt *de Conſecrat. diſtinct. 3. Canon. Sextam Sanctam -- In ſextæ Synodi divine, & legaliter prædicatis Canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua* Agnus *digito Præcurſoris demonſtratus graphice eſt in-*

---

pag. 1383. hic eſt -- In nonnullis venerabilium Imaginum Picturis Agnus, qui digito Præcurſoris monſtratur, depingitur, qui ad gratiæ figuram aſſumptus eſt, verum nobis Agnum per legem Chriſti, Chriſtum Deum noſtrum præmonſtrans. Antiquas ergo figuras, & umbras; ut veritatis ſigna, & characteres amplectentes; gratiam, & veritatem præponimus, eam ut legis incrementum ſuſcipientes: Ut ergo quod perfectum eſt, vel colorum expreſſionibus omnium oculis ſubjiciatur, ejus qui tollit peccata Mundi Chriſti Dei noſtri humana forma characterem (κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα ſecundum humanam naturam) *etiam in Imaginibus pro veteri Agno erigi, ac depingi jubemus. --*

inſculptus ; qui in typum gratiæ aſſumptus; verum nobis per legem Agnum , *nempe Chriſtum Deum indicat .* --

In noſtrâ Patenâ Agno ſuperimponitur *Crux* ; cujus ſalutiferum ſignum etiam in Sacris Vaſis exhibendum, Sanctum Concilium Nicænum ; *Act.* IV. & VII. diſertè decrevit -- *Definimus ; ſicuti figuram vivificæ Crucis ; ita Venerabiles ; & Sanctas Imagines proponendas ; tàm quæ de coloribus ; quàm quæ ex aliâ materiâ congruenter in Sanctis Dei Eccleſiis ; & Sacris Vaſis , & veſtibus , & in parietibus ; & tabulis ; domibus , & viis , &c.* (76) Hinc quocumque oculos vertas

(76) Cruces autem *in ſolo & pavimento* depingere , & repræſentare eadem Synodus quiniſexta Canon. LXXIII. prohibuit : & quæ jam depictæ & formatæ erant , delere juſſit : & in contravenientes ſegregationis pœna animadvertit : *ne incedentium conculcatione victoriæ Nobis trophæum injuriâ afficiatur* . Cavendum igitur ab Crinito *Lib. 9. de Honeſt. diſcipl. capit. item 9.* Ibidem enim , aut Typographi incuriâ , aut Veteratoris calumniâ , vox illa *humi* , quæ extat in Codice Juſtiniani , præteritur . Hæc eadem

vertas in Poculis Euchariſticis, in Altaribus, in Pixidibus, in Patenis, in Linteaminibus, in Hoſtiis, & neſcio ubi non, Cruces apponuntur; vel teſſellatæ; vel ſculptæ, vel pictæ; vel acu contextæ.

Sub Cruce autem ſtatuitur *Agnus*, qui in hujuſmodi Sacro Vaſe, Chriſti in Sacroſancto Sacrificio immolati typum gerens, non poterat aptiùs collocari. Vetus enim in Eccleſiis conſuetudo fuit, ſub Cruce in meditullio Altaris poſita, Sanctiſſimam Eucharistiam in Pixidibus, Turriculis, vel Columbis adſervare: juxta præceptum *Canonis* III. Concilii ſecundi Turonenſis, alibi ab nobis obſervati -- *Corpus Domini in Altare, non in imaginario ordine, ſed ſub Crucis titulo componatur* -- Titulus autem Crucis, Crucem ipſam ſignificat, quæ ſuper Altare pendere ſolebat; teſtante Gregorio Turonenſi *in lib. 2. de Miraculis S. Juliani cap.* 43. -- *Pendebat*, inquit, *ſuper*

eadem ab nonnullis recentioribus Italiæ Synodis cauta fuiſſe quandoque animadverti.

ſuper ipſum Altare Crux holocryſa eleganti opere facta -- Quomodo autem Crux penderet in Altari ſuper Ciboria, jam ſuperiùs ex Mabillonio aperuimus.

Quod autem Crux in noſtrâ Patenâ nuda, ut nobis Italis loqui mos eſt, ſcilicet ſine Jeſu Chriſti Corpore in ea ſuſpenſo, efferatur, duo potiſſimum ſunt in cauſa; juxta Caſalium *de veterum Chriſtianor. Ritib. pag.* 1. Cum enim primævis illis Eccleſiæ temporibus Crucis ſupplicium apud Gentiles frequens eſſet adhuc, veteres Chriſtiani magnâ circumſpectione Cruci, Jeſu Chriſti Imaginem, apponebant: fragilitati recens Initiatorum indulgentes, quibus ſeu ex Judeis, ſeu ex Gentilium grege ad fidem converſis, pudori erat, hominem Crucifixum adorare. Inde nudam Crucem, vel potius gemmis circumſertam, ornatamque publico cultui exponebant: Unde illud.

O Crux ſplendidior cunctis aſtris

vel aliud.

Arbor decora, & fulgida

vel etiam floreis, aureiſque coronis redimitam, juxta illud Paulini ad Se-

verum

verum *Epiſtol.* xxxiii. *pag.* 203:

Crucem Corona lucido cingit globo;

ed aliud ibidem.

Ardua florifera Crux cingitur orbe Corona (77)

Quarum coronatarum Crucum exemplum exhibet Caſalius *pag.* 6. in Cruce muſivi operis Romæ in Eccleſia Sancti Clementis.

Vel etiam ad pedes ipſius Crucis, vel Altari prope eam poſito, ut in hâc noſtrâ, Agnum fingebant, Sanguinem, ut plurimum, ſeu ex pectore, ſeu ex pedibus effundentem: unde Paulinus toties laudatâ Epiſtolâ ad Severum:

Sub

(77) Hujuſmodi Crux apparuiſſe dicitur Juliano Apoſtatæ nefariis ſacris operam danti: aſſerente Gregorio Nazianzeno *Orat.* 1. *in Julianum-Ferunt, cum Julianus ſacrificaret victimarum exta, coronatam Crucem apparuiſſe*. In Nummis etiam Imperatorum ſpectantur Cruces coronâ quandoque quernâ, vel floreâ circumdatæ. Veluti Zenonis & Valentiniani Imperator. apud Lipſium *de Cruce*; Eudoxiæ, & Valentiniani iii. apud Gretſerum *Lib.* 3. *cap.* 16. Pulcheriæ Auguſtæ, & Majorani *Capit.* 17. Julii Nepotis, & Zenonis *Capit.* 18.

Sub Cruce Sanguinea niveo ſtat
Chriſtus in Agno .

At hæc non adeo arctâ ſignificatione ſumenda ſunt , ac ſi nullum priſcis temporibus Crucifixi veſtigium in Eccleſiis extitiſſet . Scimus enim ætate Gregorii Turonenſis , ſi ipſe vera commemorat *in libro* 1. *de Gloria Martyrum capit.* 28. quem laudat Mabillonius de Liturgia Gallicana *lib.* 1. *cap.* 8. *pag* 77. -- *Extitiſſe in Narbonenſi Eccleſia picturam , quæ Dominum Noſtrum , quaſi præcinctum linteo indicabat Crucifixum . Chriſtus verò cuidam Presbytero apparuiſſe dicitur : conqueſtus , quod ſe nudum ſpectantium oculis exhibuiſſent . Monitus Epiſcopus deſuper velum expandi juſſit . Dignum noſtræ ætati exemplum* (78) Et reverà optandum foret frequen-

(78) Vir Cl. Cyrus de Alteriis , Neapolitanæ Eccleſiæ Sacerdos , & eximius ſacrorum ſtudiorum cultor , admonuit ex Molano *Hiſtor. SS. Imag. lib.* 4. *cap.* 4. in Eccleſiis Græcorum Crucifixi Imaginem veſtibus amictam , jamdudum , & nunc , conſueviſſe . Et iraſci Molanum , quod quidam irrideant Lovanienſes , apud quos in primaria Eccleſia ,

quentiores, his noſtris diebus, hujuſmodi apparitiones eſſe: quibus Epiſcopi, & Eccleſiarum Prælati monerentur, Pictorum coercere licentiam, & diris devovere impudentiſſimos pennicillos, qui in ſacris Templis Imagines ſeminudas, vel theatralibus veſtibus amictas indecorè exhibent; ita ut

---

ſia, & in ipſo Paſtoralis officii Altari, veneranda Imago Crucifixi Chriſti, quæ in publicis ſupplicationibus, arduas ob cauſas indictis, ex avito & religioſo more, ab duobus ſæculis circumfertur, veſtita cernitur; ſtatimque ſubdit, quæ ex Gregorio Turonenſi ſupra retulimus. Ex qua mirabili apparitione factum putat Mabillonius *Præfat. 1, in Sæcul. IV. pag. 205. edition. Tridentinæ*, ut in nonnullis Eccleſiis, apud Gallos, Crucifixi veteres ſtatuæ conſpiciantur, velamine quodam circum amictæ; Qualis ea eſt, quæ in æde S. Ceciliæ, Beati Remigii Nutricis, apud Remos hodie quoque viſitur. Apud Noſtrates etiam in Baſilica S. Martini longiori veſte ad talos uſque demiſſa, & aureis ſimbriis ornata, amicitur vetuſtiſſima Chriſti Crucifixi Imago, *Vultum Sanctum Lucenſem* vocant. In cujus nomine ſe ſacramento adigere, mos fuit antiquis Britanniæ Regibus, ut ex Muratorio *in Antiquitatibus extenſibus*,

ut honeſtiſſimis viris, pudiciſque Matronis, potiùs quàm venerationi, ſcandalo ſint. Fatendum enim, ab noſtris magis, quam ab exteris in hoc genere peccari. Et licet Epiſcoporum plurimi ſapientiſſimis conſtitutionibus in Synodorum Conventibus huic malo obviam ire tentaverint; paucas nihilominus in Templis Sanctarum Virginum, vel Martyrum imagines adſpicias, in quibus non placitum fuerit Pictoribus laſcivire: eòque res deducta eſt, ut nonnulli eorum auſi ſint perfrictâ fronte Amaſiarum vultus, nec vel parum ad modeſtiam compoſitos, ſacris Virginibus accommodare. Sed ii videant, quorum munus eſt Eccleſiarum nitorem, ac ſanctitatem curare: eiſque perutile erit *Canonem* IV. *Seſ.* V. Synodi *Braccarenſis* III. Prov. anni 1566. ſub Bartholomeo à Martyr. *Braccaræ* 1567. *pag.* 117. *à tergo* præ oculis habere. Item Concil. Provinc. Mediolanenſe ſub Divo Carolo ann. 1565. Venet. 1565. *part.* I. *pagin.* 14. Mihi amplius extra ſemitam eſſe non vacat.

Modo pro coronide eorum, quæ

dictá ſunt, addam: Vaſa, quæ Picturis inſignita ſunt, vocari *Imaginata*. Unde *Calices imaginati* in Teſtamento Sancti Remigii, apud Mabillonium *in Liturgia Eccleſiæ Gallicanæ in Appendice Probationum pag.* 496. -- *Tibi hæredi meæ Eccleſiæ ſuper memoratæ jubeo Turribulum* (*Turriculam* legit Mabillonius) *& imaginatum Calicem fabricari* -- In charta Rudeſindi, apud Antonium de Jepez *Tom.* 5. *Chronici Ordinis S. Benedicti* hæc habentur -- *Diptagos aureos, argenteos, imaginatos, Calices argenteos exaratos tres* -- Confer Bartholomeum Gavantum in *Rubrica Miſſæ part.* 2. *tit.* 1.

In noſtra ulterius *Patena* Forocornelienſi Salutiferum Chriſti ſignum apparet, hinc inde notatum literis A, & Ω, juxta illud Apocalyp. XVIII. Mens erat antiquis ambabus his literis, quarum una aperit, claudit altera Græcum Alphabetum, innuere Chriſtum Verbum Patris principium omnium, & finem eſſe; ut advertit Clemens *Pedag. cap.* VI. -- *ut aperte verbum utrumque eſſe oſtendatur* A, *&* Ω, *principium, & finis* -- Tertullianus de Monogrammate *cap.* V. -- *Duas Græciæ literas ſummam*

mam, *&* *ultimam ſibi induit Dominus*: *initii*, *&* *finis concurrentium in ſe figuras* -- Aliter ſenſiſſe videtur Paulinus Nolanus; & ad rem noſtram aptiori ſententiâ docet, Chriſtum his literis deſignari: quoniam in Cruce Victor Inferis, & Cœlo potitus eſt. *In Natali* XVIII. *pag.* 662.

Alpha itidem mihi Chriſtus, *&* Ω, *qui ſumma ſupremis*
Finibus excelſi pariter complexus, *&* *imis*,
Victor, *&* *inferna pariter cæleſtia cæpit*;
Effractiſque Abyſſis Cælos penetravit apertos;
Vexillum Crucis ſuper omnia ſydera fixit.

Et huc fortaſſe reſpexiſſe crederem artificem lucernæ antiquæ fictilis, quam mihi dono dedit eximius vir, & italici nominis ornamentum, & decus, Matthæus Ægyptius, Sereniſſimi Utriuſque Siciliæ Regis à Bibliotheca. In ea enim *Crux* prominet in medium decuſſata, & in duobus ſuperioribus lateribus A, & Ω, in inferioribus C. *V. Chriſtus Victor*, vel *Chri-*

ſtus vincit, Tabula IV. Fig. 1. Niſi fortaſſe cuiquam placeat *Chriſtus Jeſus*, V pro Y poſitâ, quod ſæpius evenire advertit Fridericus Rhue *Specimen Philog. numiſ. pag.* 32. *&* 34. In Sepulchris Chriſtianorum frequens eſt Monogramma Crucis, duabus his literis intermedium Tabula IV. Fig. 2. Extat exemplum apud Cl. Lupum de Epitaphio Severæ in lapide, quem edidit ex Boldetto. Plura ſane occurrunt in Roma ſubterranea Patris Aringhi: ubi *lib.* 3. *pag.* 28. hoc idem Monogramma diverſâ ratione efformatum occurrit: eo ſcilicet modo, quo recentiores Pictores Dei Omnipotentis Nimbum, ſeu diadema, ut vocant, ad innuendam in tribus Divinis Perſonis Unitatem, & in Unitate Trinitàtem, formare ſolent Tabula IV. Fig. 3. (79)

Sed

(79) Vide hæreſim Colobarſianorum, apud Tertullianum *Lib. de Præſcriptione capit.* 90. ab duabus his literis *Alpha* & *Omega* conflatam, deductamque. Nec deſunt, qui in hujuſmodi Trigono perplura myſteria conſiderant: utpote qui continet pri-

mam

Sed & T literam (80) quandoque mediam habent Alpha , & Omega: ut in inſcriptione , apud Boldettum

M 3 tom. I.

---

mam figuram Ternariam completam . Qua de re vide Calvorium *Part.* II. *ſect* IV. *capit.* XIX. *pag.* 605. & Rhodiginum *Lect. Antiq. lib.* 10. *capit.* 18.

(80) Hujus myſticæ literæ meminit Ezechiel *Capit.* IX. *v.* 30. & Joann. *in Apocal. capit. item* IX. *v.* 3. quo Dei Famuli in fronte ſignabantur , Vide Hieronymum *in Ezechiel. capit.* IX. Iſidorum *Lib.* III. *Origin. capit.* 3. Hujuſmodi verò litera in vetuſto Alphabeto Samaritano , quem nonnulli antiquum , vel prophanum exiſtimant ſimilis eſt literæ X. Unde Primaſius Epiſcopus Adrumentinus *in Comment. ad Apocalypſim lib.* IV. *capit.* XIII. cenſet ab Apoſtolo alludi ad Monogramma Chriſti , dum T literam memorat . Tali ſigno ad lævum humerum appenſo ſignantur hodie Regulares S. Antonii Abbatis in Galliis , origine Hoſpitalarii . Unde Du-Vert *Tom.* I. *pag.* 91. morem hunc derivatum ſcribit ab ligneis ſubſtentaculis (Italice *Le Croccie*) , quæ ab morbo , ignem S. Antonii vocant , Fideles liberati , veluti in anathema Divo Liberatori parietibus Templi affigebant pendula . Eodem etiam ſigno ſignabantur olim

Equites

tom. 1. *pag.* 80. qui & anulum refert ſignatorium, utraque litera exculptum Tabula IV. Fig. IV. In nummis Phocæ, & Siconulfi aliter exprimitur Chriſti Monogramma : quo ſigno non pedum Paſtoralem à veteri lituo derivatum, ut Begerus *Theſ. Brand. tom.* 2. *pag.* 857. aliique paſſim docent Tabula VIII. Fig. 3. ſed Sacrum Chriſti Monogramma rudius, ut temporibus illis, expreſſum ſignificat ; quod recte animadvertit laudatus P. Le-Vitri in *Titi Flavii Clementis tumulo illuſtrato pag.* 14. Habet & Sanctum Venerandumque Beatæ Mariæ Virginis Nomèn, ſuum Monogramma, quod Græci in ſtatuis, picturis, ac nummis, literis

---

Equites ab Altopaſſio, Hieroſolymitanis coævi : quorum armis loca Senas inter & Lucam inhoſpita, & graſſatorum excurſionibus maleſida Peregrinis ad Vultum Sanctum Lucenſem properantibus, tutiora reddebantur. Non autem aſſentior Doctiſſimo Du-Vert, qui jamdudum contractam pruriginem explodendi ab noſtris ritibus myſterium omne, ac ſi quidquid in eis occurrit, vel ex neceſſitate, vel ex conſuetudine effluxerit, hàc datâ occaſione refricare non deſinit.

teris Græcis efformabant : quódque, neſcio quis, infeliciſſimus Sycophanta, qui ſuum iter Italicum Gallicè datis ad Amicum literis deſcribens, lippis oculis, & hæretica labe infectis pro Μιτερ Θεῶν legebat Μαρια Θυγατηρ : quo nihil dici poteſt obtuſius : cum Sole lucidius ſit, legendum eſſe *Mater Dei*, non *Maria Filia* Tabula VIII. Fig. 4. Græci enim literas has Μ Θ Sacris Mariæ Virginis Imaginibus potiſſimum apponere conſueverant, ut hæreſim Neſtorianam configerent.

Ignoſcat modo benevolus Lector, ſi, in gratiam meorum Sodalium, Academiæ Eccleſiaſticæ ſub Eminentiſſimo Præſide, & Patrono *Joſepho Cardinali Spinelli*, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ in hac ſua Civitate Aſſertore, qui in confutandis, refellendiſque Samuelis Baſnagii erroribus acerrimam navant operam, quædam dicere inſtituo, contra Jacobum Baſnagium primùm in Hiſtoriâ Judeorum Gallicæ ſcriptâ *Tom.* 3. *part.* 1. *cap.* XXVIII. inde contra Samuelem alia. Scribit Baſnagius Chriſti, quod vocamus, Monogramma, ante Conſtantinum, Chri-

ſtianis incognitum, apud Gentiles tantùm uſuveniſſe, qui eum non rarò in nummis exhibuere. Proinde facilem ſibi blanditur inveniſſe viam, ut erroris, ac ignorantiæ notam inureret venerationi, quam nos Sacris Lipſanis exhibemus: quæ è Sacris Cryptis eruta, veluti Martyrum reliquiæ, habenda ducimus: propterea quod, ait ille, in Sepulchris, ubi condita ſunt, Monogramma hoc apparet, veluti ſecurum inditium, eos pro Chriſto mortem oppetiiſſe -- *il ne faut s' imaginer, que dans tous les Tombeaux, & les Monumens, ou ſe trouve cette lettre elle ſoit caracteriſtique du Chriſtianiſme; car cela n' eſt arrivè, que depuis la chute du paganiſme, & le regne du Coſtantin* -- Quò vero verba hæc colliment, & ſcripturæ contextus, & Auctoris genius abundè demonſtrant. Damus Baſnagio, & libentiſſime damus, Monogramma ex P, & X literis compoſitum in Gentilium monumentis, non ſemel occurrere. Quin ab eo adductis teſtimoniis alia addimus. Illud enim videre datur in nummo maximi moduli Ptolomæorum Ægypti Regum,
olim

olim apud P. de Vitri, nunc Romæ inter Cimelia Collegii Societatis Jeſu: miraturque Vir doctus in ſua diſſertatione *de Tumulo Flavii Clementis* Joannem Baptiſtam Caſalium *de Veter. Chriſt. Ritib.* adfirmaſſe ex Pignorio: in horum Regum numinis ſæpius extare, dum ſibi in centenis quibuſcumque, vix unum contigit reperire. Noſtro item Monogrammate alter inſignitur nummus in Bibliotheca Academiæ Ingolſtadienſis, quem vidiſſe teſtatur Gretſerus *de Cruce tom.* I. *lib.* II. *capit.* XXXVIII. *pag.* 469. nec non alter ab Abrahamo Ortelio obſervatus, qui inter duos Aquilæ pedes memoratum Monogramma habebat inſculptum (81) Hucuſque cum Baſnagio convenimus, eique herbam porrigimus. At

(81) At fortaſſe hujuſmodi Nummus ad Conſtantini Magni tempora ſpectat, ut putat Nicolai *de Siglis Veterum pag.* 183. Vide Minutium Felicem in Octavio *pag.* 286. *edit. Lugd.* 1672. Nam & ſigna ipſa, & Cantabra, & Vexilla Caſtrorum, quid aliud ſunt, quàm Cruces ornatæ? Conſule etiam Regalt. & Ouzel. *Annot. in hunc locum*: & confer D. Antonium Auguſtini *Diſcurſ. edit. Rom.* 1592. *pag.* 11.

At illud idem ſignificare Monogramma, apud Chriſtianos olim, quod & apud Gentiles, hìc ſaltus, hic rhodus eſt.

Certè, eodem teſte Auctore, mos fuit Gentilibus, Græciſque præſertim, quibuſdam ſiglis, vel numeris, vel initialibus quibusdam literis uti, ad multarum rerum ſignificationem; vel eum ab Hæbreis, vel ab Ægyptiis hauſerint, qua de re Conſule Cl. Joann. Nicolai *de Siglis veterum*. Notum eſt illud Suidæ in voce *Eratoſthenes*: quem veluti alterum à Platone Philoſophum, notatum litera B deſignabant: dum Platonem, qui primas inter ſapientes obtinuerat, litera A notabatur. Græcorum uſum inter Romanos reſpexiſſe videtur Martialis *lib. v. Epigramm. xxvii.*

Quod ALPHA dixi, Codre, Penulatorum,
Te nuper, aliquâ cum jocarer in chartâ:
Si fortè bilem movit hic tibi verſus,
Dicas licebit BETA me Togatorum.

Nil ergo vero ſimilius, hujuſmodi etiam Monogramma, ab eis inventum

fuiſſe

fuiſſe, ut per compendia rem aliquam ſignificarent. Certe Harduinus *ad Plinium lib. v. cap. xxxi. ſectione xxxvi. pag.* 285. Monogramma in nummo Ptolomæorum, explicat: Καλκὸς Ῥοδίων, *Æs Rhodiorum*. Et Cl. Nicolai in ſuo tractatu de Siglis Veterum, varias circa hæc explicationes adornat: & inter alia putat fuiſſe nomen vel *Chriſtidori*, vel *Chriſauli*, vel *Chriſanti*, vel cujuslibet alterius Monetarii. Cui ſubſcribit Burchardus *Epiſt. ad Joannem Ciampinium de Monogram. Chriſti Lipſiæ* 1696. Nihilominùs Eruditiſſimus Nicolai propenſior eſt ad credendum in hoc nummo Ptolomæorum ſignificari χρησήριον, ſeu *oraculum Jovis Hammonis*; vel, ut alii volunt, χρυσαορευς, quod fuit Jovis cognomen apud Chares. Oſtendunt item Cangius in utroque Gloſſario, & Monfoconius in Palæographia Græca, ſignum hoc in plurimis veterum monumentis, ſumi pro χρόνος, χρυσός, χρυσίον, & χρυσόστομος. Cujus ſententiæ non parum lucis affert Eruditiſs. Le Vitri his verbis -- *Eſt in Collegio Romano Concha patula, paulò grandior; quam R. P. Joſephus Luſſ*

ex

ex Patria ſua Cephalonia detulit , his coloribus picta , qui antiquam Græciæ Chriſtianæ pietatem potius , quàm elegantiam redolent . In ea ſtat S. Joannes Chryſoſtomus , medius inter S. Baſilium , & S. Gregorium : trium horum Eccleſiæ Græcæ Doctorum nominibus in hunc modum adſcriptis , Ο' Α' ΒΑCΙΛΕΙCC Ο' Α' ΙΩ ☧COΘ Ο' Α' ΓΡΗΓΟΡΙΟC -- Advertit ulterius apud Veteres Grammaticos Græcos hoc ſigno in margine libri appoſito innui conſueviſſe illa , quæ judicabatur , χρυσα , ſeu χρίσιμα , *bona & utilia* eſſe , ac digna , quæ in Excerptis adnotarentur . Unde Iſidorus *lib.* I. *orig. capit.* 20. agens de notis ſententiarum notam hanc χρήσιμον vocat , & de ea inquit -- *Hæc ſigla ex voluntate uniuſcujuſque ad aliquod notandum ponitur* -- . Et hæ , vel harum ſimiles poterant eſſe hujus Monogrammatis ſignificationes apud Gentiles .

Sed quid hæc cum Sepulchris Chriſtianorum , in quibus etiam ante ætatem Conſtantini apparuere Monogrammata hujuſmodi ? Teſtes ſunt , ab omni labe mendacii immunes , Lapides apud Aringhium , S. Alexandri Mar-

tyris ſub Antonino Imperatore; & S. Marii Militum Ducis ſub Adriano. At reponet fortaſſe Baſnagius, revocari poſſe in dubium in his lapidibus, Monogramma noſtrum, ſignum Chriſtianorum eſſe. Cur ergo *Palmis*, *Columbis*, *Coronis*, *Piſciculis*, *bono Paſtori*, *&c.* adnectitur, quæ omnia ſcimus ad Chriſtianiſmum referri? Cur jungitur non ſemel ampullæ vitreæ, ſanguineo adhuc colore tinctæ, imo ipſo ſanguine incruſtatæ, quæ procul dubio nota Martyrii eſt, ut paulo infra videbimus? Cur tantùm non ſemper Chriſimus noſter occurrit medius inter duas literas *Alpha*, & *Omega*? Num & hæ quoque ſigna fuere Gentilium? Cur denique in parietibus, in ſtratis viarum, in fornicibus Sacrarum Cryptarum tam frequens eſt, ut Cl. Boldettus ſacrorum Cæmeteriorum Romæ Cuſtos, aſſerat in Cæmeteriis, præſertim Priſcillæ, & Ciriacæ, centies, & millies occurrere: vel in calce, quo parietes obducuntur, ſcalpo deſcriptum, vel opere teſſellato compactum? Quis modo, cui cerebrum non nutet in capite, aſſerere audeat, tempore imma-

nium perſequtionum , ideoque ante Conſtantini Regnum , quando ſubterranea hæc loca hoſpitio erant Chriſtianis , in eis penetraſſe Gentilium Artifices : eiſque tantum otii , & quietis datum , ut Chriſimos hos affabre , diligenterque componere potuerint ? Vel fortaſsè nobis credendum erit , veteres illos Chriſtianos in hæc ſacra loca , ubi pavimenta madebant ſanguine Martyrum ; inter lacrymas , & ſuſpiria Confeſſorum , inter ſacrificia , & preces , queis jugiter noctu , diuque vacabant , aliquod gentilitatis argumentum , qualecumque illud tale fuerit , invexiſſe ? Cum ergo Monogramma noſtrum in parietibus , & fornicibus Cæmeteriorum , nil aliud , quam Chriſtianiſmi nota fuiſſe oporteat , non video , cur & in Sepulchris non ita .

Sed hæc omnia miſſa facimus . Rei momentum eſt , quod Baſnagius ſplendidiſſimè fallitur . Noſtrarum enim conſuetudinum ignarus , putat Sarcophaga omnia , in quibus Chriſimus apparet , ab nobis ſtatim pro Martyrum repoſitoriis haberi . Id falſum

ım eſt , ſicut omne , quod eſt falſiſ-
mum . Summorum enim Pontificum
ecretis , Sanctiſque Conſtitutionibus
ncitum eſt : *palmas , eiſque junctum Vas*
inguine tinctum habenda eſſe ſimul , pro
gnis certiſſimis verarum Reliquiarum :
ia omnia ſigna in incertum poſita
ſe . Unde Sarcophaga illa , quæ Cri-
mum tantum habent , nec aperiun-
ır , nec effodiuntur : idem teſtante
odem Boldetto , cujus Præceſſor Ra-
ıael Fabrettus in ſuis inſcriptionibus
g. 555. & 556. aſſerit , obteſtaturque
ıe , ſe unico Martyris Sanguine in
ſtimonium Martyrii uſum fuiſſe --
uo præcipue , inquit , *uno & unico uſus*
m , dum Sacrarum Reliquiarum extra-
oni , & cuſtodiæ præfui -- Nec cura
ec , & diligentia in veris a falſis
artyrum Reliquiis dignoſcendis , in
cleſia Catholica recens eſt , vel nu-
r introducta . Aliter rem ſe habere
os admonet teſtimoniorum antiquo-
m nubes , ab Sacrorum Conciliorum
cretis advocanda , ſi otium mihi
pereſſet . Adeat Baſnagius Concilium
ırthaginenſe v. anni 438. *Canon. v.*
T. II. Conciliorum pag. 1456. Africa-
num

enum *cap.* 30. *Canon. Placuit, de Conſecr. diſtinct.* 1. Lateranenſe IV. anni 1215. ſub Innocent. III. *Tom.* XIII. *Concil. pag.* 998. Decret. Gregor. IX. *Tit.* 45. *de Reliq. SS. capit.* 2. *cum ex eo*; Tridentinum *Seſſ. XXV. de Invocat. SS.* prope finem; Capitularia Caroli Magni *Lib.* 42. Synodum Turonenſem anni 1582. ſub Simeone Maillè, apud Bocchell. *Lib.* 4. *Decr. Eccleſ. Gallic. tit.* 5. *capit.* 8. Concil. Gallicana apud Sirmondum *pag.* 556. Concilium Provinciale Mediolan. IV. ſub S. Carolo *Capit. de SS. Reliq.* Mediolanenſe alterum ſub Card. Paleoto; Synodum Pictavienſem anni 1387. ſub Simeone de Caramando; Toloſanam anni 1590. Adeat etiam Optatum Milevitanum *Lib.* 1. *adverſ. Parm. pag.* 17. *edit. Pariſ.* 1721. ubi advertit Dupinius, Martyres nondum vindicatos, ſcilicet nondum ab judicio Eccleſiæ in numerum Martyrum relatos, nec in dypticha tranſcriptos, venerationi exponere haud fas eſſe: & ex Concilio Cæſarauguſtano obſervat Baronius *ad ann.* 592. *num.* 31. dubias Reliquias, vel in Templis repertas, ignis judicio examinari olim conſueviſſe;

Quod

Quod & aſſerit Leo Caſſinenſis *Lib.* 2. *cap.* 34. Item Gregor. Turonen. *de Glor. Martyr.* *cap.* 19. Beda *Lib. de Locis Sanctis capit.* 5. Andreas Quercetanus *in Notis ad Bibliot. Clun. lib.* 7. *pag.* 28. Alia addi poſſunt. Sed cui bono, cum hæc abundè ſint?

Hallucinantur etiam non pauci opinantes, Chriſiſmum Chriſtianorum ex duobus literis, latinâ unâ, Græcâ alterâ, ita componi, ut legendum ſit *Pro Chriſto*: atque ideo in Sepulchris innuere hominem ibi cubantem, pro Fidei veritate, proque Chriſtiana Religione mortem oppetiiſſe: quam ſententiam contra Chavalerium meritò explodit Burchardus *in præfata ad Ciampinium Epiſtola*. Eruditis enim omnibus compertum eſt, in Monumentis veterum Chriſtianorum nil aliud, quàm Sacrum Chriſti nomen exhiberi, duobus tantum prioribus literis expreſſis; veluti in Græcorum Imperatorum nummis, præfatum Sanctiſſimum nomen IHCOYC XPICTOC his tantum ſiglis $\overline{IC}$ $\overline{XC}$ efferebatur. Tali ratione inter Cimelia Chriſtianiſſimi Regis, ut

N ob-

obſervat Rutgerſius *Variar. Lect. lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 6. inſculpta eſt gemma quædam, ſacroſanctum Salvatoris noſtri vultum, etiamnum juvenis, exprimens: his adjunctis initialibus literis Ι Χ Θ, ſcilicet ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΣ, *JESUS CHRISTUS DEUS*. Quas cum oſcitanter legiſſet V. Cl., ac de omni antiquitate ſupra quod dici poteſt optimè meritus Fulvius Urſinus, ac initialem I pro T ſumpſiſſet, reddidit *Titus Quintius Deus*: ac ſi Gemma Titum Quintium referret, ob Græciam liberatam ab bello, quod ei Populus Romanus minitabatur, in deorum albo relatum. Cæterum hujus nos veritatis admonet Euſebius in Vita Conſtantini *lib.* 1. *capit.* 25. ubi poſt deſcriptum piiſſimi Imperatoris Labarum, hæc ſubdit -- *In faſtigio ipſius operis Corona affixa lapidibus pretioſis, & auro politè circumtexta. In ea ſalutaris appellationis Servatoris nota inſcripta duobus ſolum expreſſa elementis, ideſt duabus primis literis nominis Chriſti: erat enim litera P in medio literæ X curioſè, & ſubtiliter inſerta, quæ totum Chriſti nomen perſpicuè ſignificavit.* --

Nec

Nec deſunt utique, qui hujuſmodi Monogrammate, non tantùm priores duæ literæ, ſed omnino ſex illæ (nam duplex *ſigma* pro uno numeratur) quibus Sacrum Chriſti nomen conſtat repræſentari cenſeant: ΧΡΙΣΤΟΣ. Id explicat S. Paulinus in Natali S. Felicis XI. olim inter Anecdota latina Viri Cl. Ludovici Muratorii *Tom.* 1. *pag.* 42, nunc & inter ejuſdem opera, edita Mediolani: cujus verbis jugulatur etiam opinio Brentii, hæretici per quàm famoſi, qui in hoc Monogrammate *Chriſti nomen* agnoſcebat, at in eo *Crucis* nec volam apparere ullam effutiebat; ut Sacri ipſius Ligni antiquiſſimam venerationem in dubium revocaret. En verba Paulini:

Nunc eadem CRUX diſſimili compacta paratu
Eloquitur Dominum, tanquam Monogrammate, Chriſtum:
Nam nota quâ bis QUINQUE notat numerante latino (82)

 Cal-

(82) Ex Notis Cl. Muratorii. Numerus *Decem* per X exprimitur apud Latinos; quæ litera apud Græcos *Chi* dicitur,

Calculus, hæc Græcis CHI ſcribitur, & medium RHO : (83)
Cujus apex, & SIGMA tenet : (84) *quod rurſus ad ipſam*
Curvatum Virgam facit O, (85) *velut Orbe peracto :*
Nam rigor obſtipus facit I, quod in ellade JOTA eſt :

TAU

---

(83) Fortaſse ſcribendum eſt, *& media eſt Rho*.

(84) Ita legi cum Muratorio: qui hæc addit. Hoc elementum dupliciter ſcribitur modo Σ & modo C. Sed quomodo ſigma illud in Monogrammate exprimitur, ut verum ſit, quod Paulinus canit:

Atque ita ſex, quibus omni nomine nomen
Celſius exprimitur, coeunt elementa ſub uno
Indice.

Neque enim Σ ibidem cernitur. Propterea cenſeo alteram ejusdem literæ figuram in Monogrammate conſtitutam fuiſſe, quæ efformatur in hemicyclo literæ P, nempe in Ɔ, qui ſi reflectatur, exhibet verum ſigma C. Aliter Paulinus non poteſt explicari.

(85) Nempe in linea curva ipſius P: quâ lineâ demptâ remanet litera I, ut in ſequenti verſu.

TAU ſtylus (86) *ipſe brevi retro a cacumine ductus*
Efficit : atque ita SEX, *quibus omni nomine nomen*
Celſius exprimitur , coeunt elementa ſub uno
Indice , &c.

En ergo in Chriſiſmo noſtro *Chriſti* nomen , non verùm *Pro Chriſto* , ut Veteres noſtri crediḍiſſe ſupponit Baſnagius. Quod ut certius appareat, inſpiciendum eſt quorumdam Monogrammatum genus: quorum non pauca, quin per plura in Cæmeterio S. Agnetis inveniri, teſtem ſe prebet Boldettus *pag.* 336. Parvo hæc includebantur orbiculo, ubi ſpatiola, quæ ex recta linea literæ P, & ex duobus aliis invicem ſe decuſſantibus literæ X, reliquis Elementis replebantur, quæ ambas has voces *Spes Dei* conficiunt: ita diſpoſitis, ut Monogramma ſuppleret vices literæ P. Quæ aliter explicari

(86) Poſito Iota , ſi tranſverſam ejus cacumini ſuperponas, habes T: cujus altera pars in ſinum curvata integrum deinde P præbebit.

ri poſſe non video , niſi quod Chriſtus , cujus nomen in Monogrammate legimus , Auctor eſt noſtræ *Spei in Deum* : utpote quem apud Patrem, Patronum , & Advocatum habemus. Tabula IV. Fig. 6.

Sed ut Baſnagio quendam alium lapidem movendi occaſionem adimamus -- *parce que*, ut ait, *la reputation de le Catacombe de Rome*, *& la veneration des Reliques ſouffre des violentes attenteintes par certaines Traces de Paganiſme*, *qu' on y decouvre de tems en tems* -- audiat ſuis ipſis verbis Cl. Boldettum, hujuſmodi rerum verſatiſſimum Virum : ſui enim muneris, demandatique officii onus erat, hæc non neſcire -- *Quindi è, che per nulla quanto à nota di Martirio ſi conſidera queſto ſegno* (Monogramma ſcilicet Chriſti , de quo ei ſermo eſt) *nella recognizione*, *che facciamo de' Corpi de' Martiri : anzi nè pure ordinariamente ſi aprino i Sepolcri* , *che ſono diſtinti col medeſimo*, *quando eſternamente non vi ſia unito il vaſo del ſangue* (87) *o pure ſcolpita*, *la*

(87) Obſervat Mabillonius ex Boſio in *Lib.* I.

la palma, ſegni ſpecifici del Martirio. In ordine a queſta pratica aveva ſcritto nella prima edizione della ſua Epiſtola il P. Mabillone, ciocche forſe da qualche Perſona non bene iſtruita potè avere inteſo, che : ſi quis tumulus in Romanis illis antiquis Cæmeteriis nondum reſeratus occurrit cum Chriſti Monogrammate, & ſigno Palmæ, Columbæ.

Lib. 1. *capit.* 20. plurimis veterum teſtimoniis conſtare, quantâ curâ, ac diligentiâ illorum temporum Chriſtiani, ſanguinem Sanctorum Martyrum collegerint. Hunc enim vel pannis, vel linteaminibus exceptum, vel bibulis ſpongiis hauſtum in ampullis reponebant. Cujus generis hæ ſunt, quæ hic Neapoli adſervantur cum ſanguine B. Januarii Urbis & Regni præſentiſſimi Patroni: & ea, quam S. Stephani ſanguine repletam huc pariter advexiſſe traditur Gaudioſus Epiſcopus. Talis etiam ampulla Biturigas ab S. Urſino allata, cujus meminit Gregorius Turonenſis de Gloria Martyrum *cap.* 34. Unde Mabillonius ipſe de Cultu SS. ignotorum inter Præfationes *edit. Trident. tom.* 2. *pag.* 617. eorum, quæ in prima editione ſcripſerat, veluti palinodiam recinens ait : *Sed ſatis de ampullis ſanguine tinctis, quas pro vetuſtiſſimis ſignis Martyrii habendas eſſe non dubito.*

bæ, Paſtoriſve, aut aliquo conſimili tumulus ille detegitur, hominis conditi oſſa è tumulo efferuntur, tuncque pro certo indicio Sanctitatis habetur, ſi nomen aliquod quomodocumque inſcriptum ſit, vel vaſculum Vitreum Sanguine, ut creditur, tinctum, & in tumulo reconditum habeatur -- *Poiche eſſendo ſtato aſſicurato del vero nella ſeconda edizione laſciò le parole*: hominis conditi oſſa è tumulo efferuntur: *E quelle*: Tum pro certo indicio Sanctitatis habetur, ſi nomen aliquod quodcumque inſcriptum ſit: *E finalmente*, ut creditur in tumulo reconditum: *Ed in vece di quei primi ſuoi ſentimenti ſi correſſe in tale maniera* -- Tumulus ille detegitur, & ſiquidem certum Martyrii, aut Sanctitatis in eo apparet indicium, puta Vaſculum Sanguine tinctum, hominis conditi oſſa è tumulo efferuntur -- Hæc ille, cujus teſtimonio conſtat oſſa iis tecta lapidibus in quibus Chriſiſmus ſolum apparet, adſervari quidem in ſpem reſurrectionis, & pro Chriſtianorum lipſanis haberi, nunquam vero publicæ venerationi, veluti Sanctorum, qui pro Chri-

ſto ſanguinem ſuum fuderunt, exponi.

Nunc revertamur ad ſarcinas, mox eas deſerturi, ut cum Baſnagio altero congrediamur: Figuræ enim *Paſtoris*, *Ovis*, *Agni*, *& Crucis*, quæ in Patenis, & Calicibus obviam fiunt, pituitam movent eidem Scriptori *Anal. Eccleſ. polit. anno* CCXVI. *Tom.* 2. *pag.* 273. *num.* 3. Ubi Baronio illudit *exultanti*, *& triumphanti*, eo quod ab hujuſmodi Sacrorum Calicum, & Patenarum Imaginibus credit demonſtrari, aliarum etiam Sacrarum Imaginum uſum, communi fidelium conſenſu, jamdiù in Eccleſia inoleviſſe: miraturque, Eminentiſs. Virum non animadvertiſſe, picturas, quæ Symbolicæ ſunt, & ornamenti cauſa fiunt ab Sacrarum Imaginum numero eſſe rejiciendas, quia, *ut ſint venerationi*, in Eccleſia non collocantur. At quandonam ſcripſit Baronius, Symbolicas has figuras in Calicibus ſculpi, *ut eſſent venerationi*? Ex eis uſum tantum imaginum in Eccleſia arguit: Nam certe ſi imagines in Eccleſia non fuiſſent admiſſæ, neutiquam nec in Sacris Calicibus, & Patenis

tenis eas admittere auſi eſſent Fideles. Verba Baronii ſunt -- *Apertiſſime declaratur, Sacrarum Imaginum uſum fuiſſe communi conſenſu Fidelium in Eccleſia antiquitus conſecratum* -- Baſnagio æquior Phaes, licet & ipſe à vera Eccleſia deſciverit, qui in Mantiſſa ad Doughteum de Calicibus, ex ipſis imaginibus eruit -- *Quod primitiva Eccleſia nullo modo imaginum uſum reſpuebat, ſed enim magni facere, in morem ei poſitum erat* -- Et concludit -- *Id nec Doughteus nec alii ejuſdem fidei Socii negare audent* -- Inde exemplo rem probat. Quærit enim, cur in Templo Blancharnenſi antiquiſſima Deiparæ Virginis Imago deauratorum lapillorum, ſeu calculorum fabrefacta compoſitione, fuiſſet olim expoſita? Num ad cultum? Antiquior ergo Imaginum cultus in Oriente. Num ad ornamentum? Cur eam ergo Conſtantinus Copronimus, Leonis Iſaurici Imperii, ac impietatis ſucceſſor, & Sacrorum Imaginum infenſiſſimus hoſtis, eam deleri juſſit, ut habetur in Vita Stephani junioris? Sed quid moror amplius? Antiquum in Eccleſia Imaginum uſum tam late

ab

ab noſtris contra Hetherodoxos demonſtratum eſt , ut aliquid addere idem eſſet, ac in luce meridiana lucernam accendere . Noſtri penſi eſt de Calicum , & Patenarum figuris diſſerere, quas Baſnagius è Sacrarum Imaginum numero vult eſſe rejiciendas.

Sed videat primum , an ab eodem numero eas expulerint Epiſcopi Orientales , qui una cum Apoſtolicis Legatis Conſtantinopolim convenere anno DCCLXXXVI. in Synodo, quæ anno ſequenti in Nicæam Bithyniæ translata , aliquando Conſtantinopolitana , aliquando , & rectius quidem, Nicæna ſecunda dicitur, ſeptima Univerſalis . Cum enim Conſtantinus, dictus Copronimus , impiiſſimi Patris non degener Filius , anno DCCLIV. coacto trecentorum triginta octo Epiſcoporum cætu , cultum imaginum damnari curaſſet , eidem extincto Leo Filius ſuffectus fuit anno DCCLXXX. Interim Taraſius ad Sedem Patriarchalem evocatus , non prius ad eam dignitatem capeſſendam adduci potuit , quàm ei poteſtas facta fuiſſet congregandi Synodum hanc , de qua

agimus,

agimus, ad reſtituendum Sacrarum Imaginum cultum. Hujus ergo in actione VII. quot verba ſunt, totidem jacula in Baſnagium contorta -- *Statuimus cum omni exacta cura, ac diligentia, ſimiliter ac Sanctæ Crucis, & vivificæ figuram, venerandas, & ſanctas imagines palam proponi, quæ coloribus teſſellisſve conſtant, aut alia quavis idonea materia in Sanctis Dei Eccleſiis, in Sacris VASIS, ac veſtibus, necnon parietibus, & tabulis, ædibus, ac viis: nempe tùm Domini, ac Dei Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti Imagines, tum incontaminatæ Dominæ Noſtræ Sanctæ Dei Genetricis: necnon honorabilium Angelorum, ac Sanctorum omnium, ac Piorum virorum. Quanto enim frequentius per imaginatam expreſſionem videntur, tanto magis, qui illas intuentur, ad Prototyporum recordationem, & deſiderium excitantur. Et ipſis oſculum, & honorariam adorationem deferunt. Non tamen verum ſecundum fidem noſtram latriæ cultum, qui ſoli Divinæ Naturæ convenit: ſed eodem modo veneramur, quo figuram vivificæ Crucis, & Sancta Evangelia, & cætera ſacra donaria, tam ut ſuffitus, & lumina ad illas hono-*

honorandas adhibeantur , quod fuit antiquorum religioſa conſuetudo -- . Hic advertendum , primò per Sanctam Synodum nil diſcriminis intercedere inter imagines , quæ in Eccleſiis , in tabulis , & parietibus , & quæ in Sacris Vaſis , Sacriſque donariis effingebantur , & parem eis aſſerit deberi cultus . Secundò Sacrorum Vaſorum Imagines , ex earum numero eſſe , quæ nos ad *Prototyporum recordationem* , *& deſiderium excitant* . Tertiò , quod Nos propriùs ſpectat , Sacrarum Imaginum cultum non novum à Sancta Synodo induci ; ſed id præſcribi , quod jam fuit ſecundum *antiquorum religioſam conſuetudinem uſitatum* . Unde Joaanes Faes poſt quam verba hæc Concilii exſcripſit , arguit ex illis ipſis : *primitivam Eccleſiam uſum imaginum nullo modo reſpuiſſe* . Pamelius in Notis ad Tertullianum de pudicitia *capit.* 6. *num.* 3. *pag. mihi* 1219. *col.* 1. *Unde* , inquit (ex verbis ſcilicet Tertulliani , memorantis boni Paſtoris imaginem in Calicibus ſculptam) *tunc temporis Calices depingi ſolere figuris hiſtoriarum novi Teſtamenti* , *unde confirmatur uſus imaginum in Eccleſia* . Talia

ſentit

ſentit Baronius, talia Roſvveidus in notis ad Divum Paulinum Nolanum *num.* 152, *&* 153, plerique alii, quos advocare in re tam clara, nec oportet, nec vacat. Qui omnes Calicum figuras, & quæ ad hiſtoriam Evangelicam referuntur, ex Sacrarum Imaginum albo expungere non auſi ſunt, quin potius has quoque, nulla hæſitatione illis accenſerunt. Valeat modo Baſnagius, & ſequenti ſuæ frigidiuſculæ ſententiolæ plaudat -- *Vitreum igitur eſt argumentum, quod pro antiquitate Sacrorum Imaginum ex Vitreis Eccleſiæ Calicibus ducitur, ipſis ſane longe fragilius*, --

At urget ulterius, rationemque allaturus, cur Calicum, & Patenarum imagines non habendæ ſint pro Imaginibus Sacris, ſubdit -- *quia neque ſui cauſa, ut ſint venerationi, neque ut exemplaris ſui vultum reddant, in Eccleſia collocantur* -- Et re vera nos imagines veneramur -- *ut ſtudium, & effectum noſtræ dilectionis erga formam Perſonæ imaginis demonſtremus* -- Ut inquit Athanaſius *in quæſtionibus ad Anthiocum quæſt.* 39. -- *&* *quatenus verum ſit, imaginis*

imaginis honorem ad Prototypum referri -- Ut ex Divo Thoma docet Eſtius *lib.* 3. *diſtint.* 9. *pag.* 29. At neceſſe non eſt, ut quæ referuntur ad objectum principale, quod eſt Perſona honoranda, relatione reali referantur; nam ſatis eſt ad id relatio rationis. Hæc enim ex doctrina D. Thomæ id habet, ut licet rationis ſit, tamen vera cenſeatur: & licet non dependeat ab objecto, tamen ob rationem quandam, quæ intervenit, animo apprehendi non poteſt ſine illo; quæ ratio, quia vera, non ficta eſt, id efficit, ut relatio illa ab nobis habeatur, ut realis: ſicuti bene notat Joannes Fronto de cultu Sanctorum *pag.* 230. Et exemplum profert ex verbis Athanaſii *in orat.* 4. *contra Arianos*; advertentis, quod -- *qui adorat* τὴν εἰκόνα, *imaginem, adorat Regem* -- Monente Ariſtotele, eundem eſſe motum in imaginem, & in rem ipſam, repræſentatam per imaginem. Certe ex inſtitutione Divina quædam in veteri lege fuerunt, quæ ob relationem, eamque rationis tantum, qua ad Deum referebantur, honore, & reverentia

verentia ſoli Deo debitis afficiebantur. Hujuſmodi fuit Arca Dei, quæ ob relationem, quæ cum Deo habebat, divinis honoribus proſequebatur: & nominibus ſoli Deo competentibus appellabatur. Nam quando legimus Levitic. *xiv. capit. 2. immolare Agnum coram Domino: orare coram Domino xv. 15. Altare coram Domino*: Exodi *xxvii. 20. Ponere lucernas à Veſpere uſque mane coram Domino*; *Num. xv.* 28. aſſerunt interpretes, nec contra ibunt Adverſarii, quoties hic legimus *Domino*, hebraicè eſſe *Arca Domini*. Ad eum igitur modum, quo Arca Domini venerabatur ob relationem rationis, quam cum Domino, Deoque habebat, tali profectò ratione Imago Boni Paſtoris, & Agni venerari poterat ab Antiquis ob eandem relationem, quæ eam, & Chriſtum Dominum intercedit. Ex teſtimonio Divi Paulini Nolani in Epiſtola toties laudata ad Severum, ſcimus Spiritum Sanctum ſub ſpecie Columbæ antiquitus in Altaribus veneratum.

Plenò coruſcat Trinitas Myſterio,
Stat Chriſtus Agno, vox Patris Cœlo tonat,

Et

Et per Columbam Spiritus Sanctus fluit (88)

Quod idem docet Concilium Conſtantinopolitanum anno DXXXVI. ſub Menna habitum : *ubi act.* *v.* hæc habes in Epiſt. Clericorum Antiochiæ de Sacrilegio Severi -- *Columbas aureas , & argenteas in formam Spiritus Sancti ſuper divina Lavacra , & Altaria appenſas , una cum aliis ſibi appropriavit dicens : Non oportere in ſpecie Columbæ Spiritum Sanctum nominare* -- Sicuti ergo Figura Columbæ animum veterum Chriſtianorum ad tertiam Divinæ Trinitatis Perſonam elevabat , uti & hodie nobiſcum evenit , ita & Imago Paſtoris , & Agni eundem eorum animum ad Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum deducere potuiſſe nemo ibit inficias : Sacræ enim Scripturæ eos docebant , & Spiritum Sanctum fuiſſe olim ſub *ſpecie Columbæ* deſignatum ; & Chriſtum Dominum ab Joanne Baptiſta *Agnum* dictum ; & *quaſi Agnum coram tondente* ſe obmuteſcentem ab Iſaia : & *Agnum manſuetum* ab Jeremia , & *A-*

O *gnum*

(88) Vide quæ latè diſputat Bellarminus *Lib.* 2. *de Imaginibus* .

gnum ; *qui occiſus* eſt, in Apocalypſi prædicatum ; qui ſuo eodem ſanctiſſimo ore *Paſtorem ſe bonum* nominavit apud Joannem *capit.* 10. *ver.* 14.

At reponet Baſnagius : ideo Columbam , Paſtorem , & Agnum ſuper Altare à priſcis Fidelibus veneratum, quia ibi erat, ut veneraretur, & non ut ornatum, & decorem augeret Altaribus : ſicuti eſt in Calicibus , & in Patenis , ubi tantummodo ornamenti gratia inſculpebatur. Sibique favere opinatur Vaſqueſium *de adoratione diſput.* 4. (non 104. uti mendoſe in Annalibus) *capit.* 6. *pag.* 216. cujus hæc verba exſcribit -- *Nam quoties figura aliqua , veluti appendix alicujus operis ponitur, ad nullam ſui adorationem movet* -- Nec plura . Pigebat enim eum ultra progredi : Nos integrum locum adferamus -- *Sed in totum ipſum opus animus potius intenditur , veluti cum Beata Virgo depingitur in Cælum ab Angelis Aſſumpta, animus adorationis in ipſam Virginem fertur, non in Angelos , qui ipſam ſublevant , aut comitantur ; tametſi in ipſos quoque converti non repugnet* . Aſſerente ergo Doctiſſimo

Viro

iro , ideo Imaginem Beatæ Mariæ
Cœlum Aſſumptæ venerari , quia
nimus adorationis in ipſam Virginem
rtur : Et concedente , quod non re-
ugnet animum adorationis in ipſos
ngelos etiam , qui eam comitan-
ır , poſſe converti , ſequitur inde,
ıentem ei fuiſſe , figuras quoque or-
amenti gratia depictas venerari poſ-
: , quoties in eis animus adorationis
onvertatur . A priſcis autem Fideli-
us Paſtorem in Calicibus ſculptum ,
on veluti nudum ſimplexque orna-
ıentum habitum fuiſſe , ſed ulterius
ı eum animum intendiſſe , ut ex ea
gura Chriſtum Dominum in memo-
iam revocarent , teſtem adduco Ter-
ullianum in libro de pudicitia , loco
nobis ſuperius laudato ; cujus ver-
a hic repetenda ſunt : -- *Procedant
ictura Calicum veſtrorum, ſi vel in iſto
erlucebit interpretatio pecudis illius ,
vis ſcilicet deperditæ , & ab Paſtore E-
vangelico humeris ſuis ad caulam revoca-
e* -- Ipſe jam Montaniſta , & crude-
iſſimi dogmatis , quo pœnitentia de-
negabatur, propugnator, objurgat Or-
hodoxos, eo quia à Pâſtoris effigie

depicta, occaſionem arriperent in pejora ſcelera ruendi ; animo fidentes, ſe iterum gratiam impetraturos eſſe ab eo, qui aberrantem ovem humeris ſuis ad caulam reportavit. Viderat ergo Tertullianus, & quondam ſacrorum myſteriorum conſcius propriâ ſcientiâ reſciverat, non ideo in Calicibus Paſtorem effingi, ut Sacri hujus Vaſis decorem tantùm augeret; ſed ut Fideles in eo Chriſtum Dominum recognoſcerent, & commiſſorum delictorum veniam pænitentes conſequerentur.

Id quod proculdubio & poſteriorum ſæculorum Fidelibus cordi fuit. Refert Iſaacius Habertus Pontif. *pag.* 96. *quod in Conciliabulo Iconomachorum audacter à Catholico quodam oblatus eſt libellus adverſus Epiſcopum aliquem, qui Calicem confregerat, eo quod ipſi eſſent inſculptæ imagines Chriſti, & B. Virginis.* Peto enim, quodnam in hujuſmodi Calice Iconomacho Epiſcopo diſplicere potuit, ut eum confringeret? Certe imagines in eo inſculptæ. Sibi ergo ſuaſerat, non has ab Catholicis Sacris Vaſis inſculpi, veluti pura putaque

que ornamenta, id enim fieri poſſe non adverſabantur Iconomachi, nec ſub hujuſmodi conſideratione Vas illud, veluti violatæ religionis reum, traduxiſſent; ſed tanquam imagines & figuræ, quæ ad vera prototypa mentem noſtram manuducerent: unde perditi hominis furor in Calicem exarſit.

Provocat inde Baſnagius ad Judæorum diſciplinam -- *quæ imaginibus nuda erat, licet Templum compluribus figuris repleretur, quæ in ornamentum cedebant* -- Fateor. Nam erant præ aliis (hos potiſſimum ſeligimus, ne per omnia teneamur excurrere) duo Cherubim ante Arcam in Oratorio Templi collocati. Si opinio placeret quorundam recentiorum, opinantium, Cherubimos hos non humanam figuram repræſentaſſe, ſed ex aſpectibus, partibuſque quorumdam animalium fuiſſe compactos, nempe ex aſpectu humano in ore, & manibus; leonino in pectore, & cervice; aquilino in alis; vitulino in pedibus, in tutum caderet reſponſio: nam veluti monſtra quædam, & chimeræ nullam prope-

modum merebantur venerationem, & animus in eis nil præter ornamentum advertere poterat. At quia opinio hæc a multis nigro obelo notatur, placet reſponſionem ab Doctiſſimo Vaſqueſio, cui & Baſnagius viſus eſt deferre, mutuo accipere -- *Non erant* (duo illi Cherubim) *in ſtatu movendi animum ad adorationem, ſed ut ornamentum ipſius Arcæ. Erant enim in medio Oratorii Templi ante Arcam, & duobus alis ſe invicem tangebant, ut ita veluti in obſequium, & cuſtodiam ipſius Arcæ ad illius gloriam, & majeſtatem oſtendendam potius, quam ut adorarentur, viderentur poſiti. Quamobrem exſiſtente Dei prohibitione, ne ulla fieret effigies, potuit optimè Salomon abſque ullo crimine ad majorem Arcæ majeſtatem duas illas Statuas ex ſuo ſenſu, abſque ulla Dei diſpenſatione, erigere: Cum præceptum Dei ſolum effigies in ſtatu, & modo adorationi accomodato, non autem in ornamentum, & additamentum alterius rei prohiberet.*

Adverte igitur, non abſolutè amplectendam eſſe ſententiam opinantium, Deum per Moſem omnem penitus imaginem Hebræis vetuiſſe, ut putaſſe

taſſe videtur Baſnagius. Nam unico præcepto tria complecti voluit, quorum ratio eſt eadem, & finis unus, inquit Petavius *de Incarn. lib. xv. capit. VII. pag. 291. edit. Venet.* videlicet, ut nec alii Dii contra Deum habeantur, nec Idola, vel ſimilitudines creatarum rerum exprimantur, eæ nimirum, quæ perinde ac Idola pro vero Deo adſciſci poſſunt; ac denique ut ne ſimulacra hæc colantur, neque adorentur. Id docet Tertullianus contra Marcionem *Lib. 4. capit. 22. pag. 537.* licet alibi, ut erat verſatilis judicii, minimeque conſtantis, aliter ſentire videatur. Id etiam Auguſtinus *Lib. 7. quæſt. ſup. Jud. 41. tom. x. pag. 65. num. 23. recont. edit.* & hanc ipſam divinæ legis interpretationem adprobant illi fere omnes, qui adverſus Iconoclaſtas Catholicæ Eccleſiæ traditionem de Imaginum cultu vindicarunt. Ex quo ſequitur, nec Deum omnem imaginem Judæis prohibuiſſe, nec divinam prohibitionem Cherubim Arcæ tetigiſſe: non enim nec tales erant, nec taliter collocati, ut Populo pro Idolis proponi poſſent. Unde malè infert Baſnagius,

Cherubim hos tanquam ſimplicia ornamenta , & non tanquam Imagines eſſe accipiendos.

Progreditur Baſnagius -- *Neque Calicum picturæ , ut Ethnicis bene notæ , impedimento fuere , quominus objicerent Chriſtianis apud ipſos Imagines deprehendi nullas , quia neque conſecratæ erant , neque adorationi expoſitæ* -- Bona verba quæſo. Undenam Ethnicis Calicum picturæ, & Euchariſticorum Vaſorum Imagines *BENE* innoteſcere poterant ? Nonne id præ cæteris, antiquis Fidelibus cordi fuit , & id potiſſimum cautum, ut Sacra Myſteria prophanis non pateſierent ? In cryptis inde ſubterraneis , in ſpeluncis , in locis remotioribus conventus agebant ; itaut nec ipſis Tyrannis quidem , licet ſuperſtitioſâ (ut ita dicam) indagine in geſta Chriſtianorum inquirerent , loca hæc paterent. Ea nempe ſubinde mutabant ; & huc illucque profugi , non ſatis conſtare ſinebant , ubinam gentium illos ſuos antelucanos conventus agerent . In actis SS. Juſtini , & Sociorum , apud Ruinartium *pag.* 59. Ruſticus Romæ Præſes quæſivit ab Ju-

ſtino, quonam Christiani convenirent? Cui Sanctus Martyr -- *Eo unumquemque convenire, quo vellet, & poſſet. An exiſtimas omnes nos in locum unum convenire ſolitos? Minime res ita ſe habet* -- Sacras Imagines quod ſpectat, eas occultare infidelium oculis ſedulò ſatagebant, quemadmodum ſcimus egiſſe Silveſtrum Pontificem, Eccleſiæ picturas prophanis obtutibus ſuffurando. Nec perperam Doctiſſimo Scheleſtratio *de Diſcipl. Arcani pag.* 124. viſum eſt, hujuſmodi imagines etiam, ſub Arcani diſciplina comprehenſas fuiſſe: ne ſcilicet Gentiles, & Catechumeni Deum, quem Chriſtiani inviſibilem, & incorporeum prædicabant, *humana figura depictum videntes, alienum quid ab ejus majeſtate conciperent. Quinimo ignorantes myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis facile ex picturis illis, Patrem in figura Senis, Filium in figura Viri, Spiritum Sanctum in figura Columbæ repræſentantibus in notitiam ſummæ Divinitatis venirent, quam eis occultare ſtudebat Eccleſia.* Seu, ut alii putant, ne Sacrarum Imaginum ſignificationem, & myſteria ignorantes, vel pro ludibrio deſpicerent,

cerent, vel in rabiem acti peſſumdarent. Unde è loco abeuntes eas ſecum deferebant. Et parvo quidem negotio, utpote quæ non, ut nobis mos eſt, in latioribus tabulis pingebantur, ſed in parvis tabellis, quarum facies ſibi invicem occurſantes plicabantur, & minuſculis innixæ cardinibus, veluti obductis poſtibus claudebantur: Dipthyca vocabant. Nec aliam fuiſſe mentem Illiberitani Concilii dum Canone XXXVI. ſtatuit *picturas in Eccleſia eſſe non debere, nequod colitur, & adoratur, in parietibus pingeretur*; cenſent Eruditiores, & ii, qui Canonem hunc ſuppoſitum fuiſſe ab hæreticis negant; vel ab uno ex Claudii Taurinenſis diſcipulis confictum: niſi quod firmæ ſtabileſque picturæ, & quæ parietibus adhærerent ab Eccleſiis arcerentur. Præ foribus enim erat tunc temporis immanis Diocletiani perſecutio; qua furente, & Fidelibus vertere ſolum coactis, Sacras illas Imagines vel conſpurcari opus erat, vel deleri, vel Gentilibus, & prophanis hominibus ludibrio eſſe. Cæterum reddita parumper Eccleſiæ pace, & perſecutionum fervore

vore detumeſcente, cum in publicum Sacra ſua prodire paſſi ſunt Chriſtiani, non deſiere Gentiles Sacrorum Imaginum cultum eis abunde exprobrare. (89)

Eandem cum Baſnagio tibiam inflat Scaliger, qui in commentario ad Numiſma Conſtantini Imperatoris ait -- *Nam primi fideles navem, piſcem, Columbam ſculpebant, aut pingebant, hominem non ita* -- Et ſuperius dixerat -- *Hac erant ſimbola ſimpliciſſima illorum temporum, cum formas rerum, aut animalium, non autem humanas auderent pingere* -- Quæ verba aſſerit eſſe Clementis Alexandrini *lib.* 1. *Pedag. cap.* 11. Nugas vendit Scaliger, & aut fallitur, aut conſulto mentitur, ut alios decipiat. Nam ibidem Clemens agit de ſculptura anulorum, quam non vult eſſe apud Chriſtianos alicujus Idoli, ſed potius aquilæ, navis, piſcis, vel his ſimilium, quibus res aliqua symbolicâ ſignificatione deſignaretur

(89) Conſule Petavium *Tom.* VI. *de Incarnat. capit.* XV. *pag.* 313. *num.* VIII, *edition. Ven.*

retur -- *Sint autem nobis ſignacula Columba , vel piſcis , vel navis , quæ curſu celeri à vento fertur , vel lyra , vel anchora nautica , &c.* -- Subditque rationem -- *Neque enim idolorum ſunt imprimendæ facies , quibus vel ſolum adtendere eſt probibitum* -- En quam perverſe Scaliger, quæ de Idolis dicuntur, ad Sacras Imagines transferat : dignus propemodum , qui in hac re Baſnagio facem impietatis præferat .. (90) Aſſerit præterea tempore Paulini non auſos fuiſſe Fideles pingere humanas formas. Audiat ergo Paulinum ipſum, qui vixit declinante ſæculo quarto, eum mendacii redarguentem in Epiſtola ad Severum , in qua meminit Imaginis Sancti Martini , unà ſimul cum ſui ipſius effigie in Templo depictæ

Aſtat Martinus perfectæ Regula vitæ,
Pau-

(90) Videat Lector quàm bene Scaligero reponi poſſent ea , quæ Nicæni Patres reſponderunt ad falſam Synodum contra S. Imagines *Act. 6. Ea , quæ Divini Viri contra Idola loquuti ſunt , hæc iſti homines , etiam poſt cognitionem veritatis , detorquent in imagines ſacras .*

Paulinus veniam quo mereare docet.
Hunc Peccatores, illum ſpectate Beati,
Exemplar Sanctis ille ſit, iſte reis.

Advertat hic obiter Lector pro corollario eorum, quæ ſuperius dixi, nullas alias picturas poſſe dici appoſitas in Eccleſia ornamenti gratia, magis quam picturæ illæ, quæ hominem vivum, & adhuc in humanis agentem præferebant. Attamen Divus Paulinus docet ex ſcriptis verſibus, Fideles Populos, ut in ſuam effigiem intendentes oculos, animo percipiant ſpem, quam peccatores in Deum habere debent. Idem etiam in Natali Sancti Felicis meminit Martyrum utriuſque ſexus, quorum effigies ſuper Regias, ſeu medias fores (91) depictæ erant.

Trinaque cancellis currentibus oſtia pandit
Martyribus mediam pictis, qui nomina ſignant.

Baſilius qui vixit an. 370. hanc de Imaginum humana forma in Eccleſia ſcribit in homilia quadraginta Martyrum

(91) Ex tribus januis Sacrarii ea, quæ media erat, *Regia* dicebatur.

Quod ſi hujuſmodi picturæ fidelium calculo jam olim deſtitutæ fuiſſent, profectò illas non tam frequenter uſitatas videremus in primis Eccleſiæ Sæculis: donec paulatim Chriſtiana Religio libenter prodiret in publicum, & Fidelium pietas hujuſmodi Symbolis veras Imagines, mortuorum effigiem reddentes, ſubſtitueret. Unde Sanctus Nilus, Olimpiodoro eum per literas compellanti, an liceret ſimilibus ſymbolis Eccleſiæ parietes ornare, reſpondit *in act. 4. Concilii Nicæni Tom. VII. Conciliorum editionis Labbejanæ* eas illicitas non fuiſſe -- *Sed quod infantium eſt, & parvulos decet his, quæ picta ſunt, ſeducere fidelium oculos; firmi, & ſenilis ſenſus proprium eſt, Hiſtoriis Veteris, & Novi Teſtamenti; replere hinc inde manu optimi pictoris Templum Sanctorum; quatenus qui neſciunt literas, neque poſſunt Divinas Scripturas legere, contemplatione picturæ memoriam ſumant fortis facti*

---

diit, ad Alipium *num. XXIX.* item Canon. Concilii Hipponenſ. inſertum ex *Canon.* 3. Concilii Carthag. procurante haud dubie Auguſtino tunc temporis Prèsbytero.

cti eorum, qui vere Deo propriè ſervierunt.

At reponet non nemo eorum, qui nobiſcum non ſunt: cur ergo eas symbolicas quoque Figuras, veluti *Piſcis*, *Leonis*, *Bovis*, *Aquilæ*, *&c.* quæ vel Chriſtum, vel Apoſtolos ſignificant, non venerandas eſſe dicimus, ſicuti è contra *Boni Paſtoris*, *Agni*, *&* *Columbæ*? Verum equidem: maxima enim differentia utraſque Figurarum ſpecies diſtinguit. Harum enim alteræ, communi calculo Eccleſiæ, primævâ illâ ætate fuerunt admiſſæ, veluti ſacrarum literarum oraculis conſecratæ, & ſpeciali quadam frequentiâ repetitæ. *Paſtorem* ſe Chriſtus ſæpius nuncupavit: *Agnum* eum dixit Joannes Baptiſta, & innumeris prædicavit; & ſub *Agni* immolandi figura, Chriſti paſſionem Prophetæ nobis obumbrarunt: & Spiritum Sanctum ſub *Columbæ* ſpecie ſuper Jordanem è Cœlo deſcendiſſe ſcripſerant Evangeliſtæ. Unde non immeritò viſum fuit antiquioribus Fidelibus figuras has præ cæteris eligere, tanquam in Sacra Scriptura frequentiores, diviniſque Prototypis magis accommodas.

V I.

NEc Figuris tantum , & cælaturis, ſed inſcriptionibus etiam ornabantur Vaſa Sacra , *Calices* præcipue, & *Patenæ* : cujuſmodi mos ab Gentilibus profluxiſſe crederem , quibus ſolemne fuit in poculis inſcriptiones ſculpere . Id genus ea erant, de quibus Athenæus *Lib.* xi. *cap. xlv.* loquitur , vocatque γραμματα ποτῆρια, *Pocula literata* : veluti Neronis, ab eo *Homerica* dicta, quia Homeri verſibus inſcribebantur. Unde lemmata illa in Poculis Chriſtianorum, quibus Gentilium morem ſanctioribus inventis conſecrarunt : videlicet -- *Bibas in pace Dei* -- *Ante ſæcula Rex benedicte* -- *Bibe pie zezes* -- *Bibe vivas multis annis* -- *Refrigeris in pace Dei* -- , & his ſimilia .

Vetuſtior omnium inſcriptionum , quæ occurrunt in Calicibus , videtur Doughteo illa in Calice S. Remigii, cujus aliàs meminimus .

Hauriat hinc Populus vitam de Sanguine Sacro
Injecto , æterno quem fudit vulnere Chriſtus .

Alii

Alii exhibent illud Joannis — *Sanguis Jeſu Chriſti Filii Dei munda nos ab omni peccato*. In aliis habetur — *Si Deus pro nobis, quis contra nos*: vel — *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata Mundi*: & in nonnullis legitur — *Jeſus Chriſtus nos dilexit, & ſuo Sanguine à peccatis noſtris nos lavavit*: vel in eis exhibentur hæc ex Divo Thoma Aquinati:

Pie Pellicane Jeſu Domine
Immundum munda tuo
Sanguine:
Cujus una ſtilla ſalvum facere
Totum Mundum poſſet
Ab omni ſcelere.

In Turricula Euchariſtica Pirnitii in Moravia, ſuperius laudata, tenia quædam, vel faſciola, quæ ambiebat uvæ racemos circa oſtiolum, ex quo apparebat intuentibus Sacramentum, hæc literis jam exoleſcentibus habebantur: *Eſto Nobis Turris fortitudinis*. In noſtra argentea Patena hujuſmodi eſt Inſcriptio.

Quem Plebs tunc cara Crucis Agnus fixit in Ara,
Hoſtia fit Gentis, primi pro labe Parentis.

Quam male mutilatam, ex Dominico Macrio in Hyerolexico, refert Hotſmanus in Lexico *Tom.* 2. *pag.* 420. *col.* 1.

Majoris modo indaginis, plenumque aleæ opus erit, inquirere, an ſigna illa, quæ apparent in peripheria minoris orbiculi, ubi Crux, & Agnus eſt in Menſa collocatus, vel literæ ſint aliquid ſignificantes, vel ornamenti tantum cauſa fuerint ibidem appoſita.

Literas eſſe opinantur nonnulli, inter quos Dominicus Mita in editione operum Sancti Chryſologi, in quorum fronte Patenæ typum exhibuit, iis inferiùs additis carminibus:

Et quænam ſignent quæris, quæ grammata circum?
Oedipus interpres non ſum ego, Davus ego.

Abbas item Paſtritius in ſuo Tractatu de noſtra Patena, Romæ edito anno MDCCVI. Typis Antonii de Rubeis, pro literis ſigna hæc accipit; & primum Anonymi cujuſdam interpretationem confutat, qui omnes has literas Græcas eſſe ſibimet ſuadens, hanc eis ſignificationem effinxerat. Incipiens enim à folio illo roſaceo,

quod

uod è regione eſt caudæ Agni , &
orſum verſus procedens , legebat in
rimo laterculo Μαρια , in altero Μιτιρ,
tertio Χριστι , in quarto demum σοτηρι,
laria Mater Chriſti Salvatoris . Quibus
unde exploſis , ſuam aperit men-
m ; ac ducendo initium a folio ca-
ti Agni oppoſito , ex Orientalium
ore per ſiniſtrum latus procedens,
utat in primo laterculo contineri li-
ras has S. T. σαυρός, *Crux* : inde ſe-
ui literam hebræam *Aleph* , & *Adam*
omine innuere ; In ſecundo matercu-
primam nominis Hevæ , *Hhet* ח
eram expiſcatur . In tertio laterculo
era Hebræa eſt Vau ו ; in quarto
bat eadem litera Vau duplicata ;
æ vim habet V. & M. Sim-
ex autem Vau Virginem ſonat ; un-
exſurgit *Virgo Mater viventium* . Quis
odo tam bene ſomniavit , nonne ſibi
andiri poteſt ea vidiſſe in ſomnis ,
æ nemini expergefacto videre con-
git ?

Elementa etiam cujuſdam Alphabe-
eas credidit Cl. Paciaudus , qui
ecibus ab me compellatus , ut ſen-
ntiam ſuam aperiret , humaniſſime
 fecit:

fecit : datiſque literis faſſus eſt , non hæc ſibi ſigna arbitraria videri , ſed literas conſultò poſitas ; quamvis eas modo ignotas nobis , & penitus obſcuras longa ætas, & ſera temporum viciſſitudo reddiderit . In ſuæ ſententiæ teſtes advocat Vir eruditus , Græcas literas Edmundi Chiſcull in Inſcriptione Sigea ; Runichas Olai Wormii ; Monetales Laſtanoſæ Maudel & de Barris ; Mervvingias in Lapide Gordiani & Theophilæ , quem adferunt Arringhius , & Mabillonius in itinere Italico . Animadvertens autem , nullas hujusmodi ſcribendi rationes ullo pacto ætati Patenæ noſtræ convenire , refugit ad Monogrammata Antiquorum , quorum plurima referunt Heineccius de Sigillis , Fontaninius in vindiciis antiquorum diplomatum , & Ficoronus in antiquis plumbis . Et his Monogrammatibus accenſendas eſſe vult ſiglas noſtræ Patenæ . Nec inficiam , alios quoque eruditos Viros inveniri poſſe , qui in ſuam ſententiam pedibus eant . Sciens inde , me in hac blandienti hæreſi eſſe, ut ſigna hæc Patenæ , nec Literas , nec

Mo-

Monogrammata , ſed Meandros eſſe conſtantiſſime putem , eruditè admodum obſervat , continuum fuiſſe in meandris linearum ductum ; nec unquam uſuveniſſe in eis diverſarum figurarum formam inducere : & è contra proprium eſſe Literarum , & Monogrammatum , varias ſpecies exhibere : ut in his noſtris , de quibus diſſerimus, luculentiſſime apparet . Ulterius addit , quod non ſibi ſatis conſtaſſe videretur Patenæ Artifex , ſi in aliis Patenæ hujus ornamentis effingendis , regularem quandam , ſimplicem , æqualemque rationem ſequutus , in his poſtmodum irregulari quodam mentis æſtu percitus , nulliſque ſervatis elegantiæ , ſeu , ut vocant, ſimmetriæ legibus , ea ſibi oſcitanter & phantaſticè è manibus ſiviſſet effluere. Hæc illius mens eſt : cui non contradicendi prurigine, ſed inquirendæ veritatis ſtudio hæc pauca reponam . (93)

---

(93) -- *A me dunque ciocchè voi chiamate*

Primum quod ſpectat dubium ſuo ſat Auctore dignum, nemo puto negabit, hujuſmodi ductus, & linearum ſimilitudinem in meandris. Et obſervari poteſt in his meandrorum figuris, quæ ornant Patenam Abellenſem Tab. v. & alteram, quæ apud me eſt Patenam cretaceam, vetuſtam ſane

---

mate Meandrici lavori ſembra carattere e ſcrittura. Due ragioni mel perſuadono. La prima, che ſe foſſero ornamenti, vi ſi dovrebbe ſcorgere fra eſſi qualche ſomiglianza, o per meglio dire uguaglianza: il che non è nella ſuddetta Patena. La ſeconda, che queſto, cui Voi chiamate Meandro, non ha niente di ſomiglianza col reſtante dell' ornato della Patena, onde ſarebbe ſtravaganza troppo grande, che l' Artefice in una parte aveſſe lavorato con ſimmetria, e proporzione, e nell' altra aveſſe poſto un' ornato di così mal guſto. Creſce il mio ſoſpetto, qualora io paragono per poco queſte cifre ed ornati, che ſieno con alcune forme de' caratteri eſotici. Il carattere Palmireno, come ce lo preſenta Giambatiſta Ottio nello Spicilegio intorno a Giuſeppe Ebreo. Il Greco antico tal quale ce lo dipinge Edmondo Chiſhull ſull' Iſcrizione Sigea; Le lettere Runiche come ci vengono effigiate

ne Tab. vi. & in iis, quas ex variis vaſis, aliud tunc cogitans, incidi curavi Tabula iv. Hæc autem vera ſunt, ſi diſſeratur de Meandris longioribus, qui prolixiori linea producuntur, vel latiori quodam ambitu, nullo intermedio ſigno interrupti, circumducuntur. At breviores, & qui arctioribus ſpatiolis, ab extraneo quodam ſigno definitis, circumſcribuntur

---

effigiate da Olao Wormio ſulla letteratura di quelle Provincie; I caratteri che ſulle monete dette Iſpaniche hanno oſſervati Laſtanoſa Maudel, & de Barris. Ed i caratteri Merovincici della Lapida di Gordiano e Teofila recata dall' Aringhio, e dal Mabillon nel viaggio d' Italia; tutte ci preſentano certe lettere, che intrecciate inſieme ſarebbono a un dipreſſo una ſigla poco diverſa da quella della noſtra Patena. Quanto so io vedere, i Meandri hanno ſempre fra loro una forma coſtante e regolata, e ſe non ſi eſtendono lungamente quei pezzi, che ſtanno di ricontro, per lo più vanno pari pari, il che non avviene nella Patena -- Hæc Paciaudus: qui Meandros ab Dempſtero, Monſoconio, ac Gorio relatos, aſſerit obſervaſſe: quod & ego cum præſtitiſſem, vera aſſeruiſſe deprehendi.

buntur , ut in noſtra Patenâ , unam tantùm formam habent , quam iterum repetere anguſtiæ loci non ſinunt. Et latè fallitur , niſi ſplendidiùs fallar ego , quiſquis in Orbitâ noſtræ Patenæ , unum tantum Meandrum recognoſcit : cum potius plures ibidem occurrant Meandri , roſaceis foliis unus ab altero diviſus , diverſiſque laterculis diſtinctus . Præ manibus omnium eſt Gloſſarium infimæ Latinitatis Clariſs. Du-Cangii : ubi ad calcem Tomi III. occurrit in Tabula v. Figura D. N. J. C. utriſque manibus ſuper Capita Romani , & Eudoxiæ expanſis. Cippus, qui Chriſti figuram ſuſtinet, variis ornatur Meandris. Tertius eorum ordo roſaceo folio bifariam dividitur : & hinc inde Meandros habet , ſed diverſæ figuræ, & diverſimode alterum ab altero ductum. Pallium , quo tegitur dexter humerus S. Sebaſtiani, apud Ciampinium *Veter. Monum. tom.* II. *Tabul.* XXXIII. quatuor exhibet Meandros, parvis ſpatiolis contentos , ſed unoquoque eorum ſuam peculiarem formam ſervante . Et pluribus aliis hæc probari for-

taſſe

taſſe poſſent, ſi in iis amplius vacaret immorari. Sufficiat tantum alium obſervaſſe Meandrum, quem forte fortuna ex vaſe Nolano exhibui in Tab. IV. Fig. 5. Ibidem meandrorum ſeries ſpatiolo ⊠ hoc diſtincta, apparet ſemper diverſa, nec unquam ſibi ſimilis.

Si verò in quæſtionem quis revocet, an inſolentior & infrequentior res ſit Artificibus vaſorum, ornamenta mutare potius, quàm formam & figuram literarum, ibidem inſculpendarum, neſcio profectò, in quam partem vota Judicum irent. Eſto enim quod placuiſſet Artifici Patenæ in eâ adornandâ pro libito laſcivire; id ei pariter licuiſſe dicendum erit, in efformandis literis, vel in effingendis lemmatibus, quæ huic ſacro vaſi debebant inſculpi? Ita ut lemma primum Romanis characteribus elegantiſſimè ductis compoſitum ſit, & alterum, quod volunt, ſiglis ignotiſſimis compactum? Inde Clariſs. Matthæus Ægyptius rem arduam eſſe ſcribit, percipere, quomodo in una eademque Patena ſimul literæ veluti Syriacæ, & Romanæ

copu-

copulari poſſent. (94) Subdes verò, has eſſe Monogrammatum figuras, quos etiam ſæculo XI. & XII. & XIII. in moribus fuiſſe advertit doctiſſimus Paciaudus. At in cujus myſterii gratiam lemmata hæc ibidem appoſita fuiſſe credimus? Certè pietatis gratia. Quidquid enim in ſacris vaſis vel ſculpebatur, vel pingebatur, ad id erat, ut communicantibus majoris in Deum amoris argumentum eſſet. Cur ergo ab communi Populi, vulgique intelligentia ſubtrahi debebant? Cur Ravennati, & Forocornelienſi plebi hariolandum erat, ut quid ex ſacra Patena ſpiritualis lucri hauriret?

Eodem tempore quo Paciaudus obſervavit Patenam noſtram, paulo ſuperius, ſed nunquam pro merito laudatus

(94) Caſa 9. Luglio 1744. -- *Lettere Siriache e lettere Paleſtine non ſtanno male inſieme: ma è poi troppo difficile l' indovinare, come in una ſteſsa Patena ſi veggano e lettere Siriache, e lettere Latine. E ſe quelle ſieno veramente Siriache, potreſte informarvi di qualche Soriano, che vi veniſse incontrato.*

datus Ægyptius : primo intuitu ſuſpicatus eſt , ſiglas has elementa eſſe Paleſtina . Eorum enim veſtigia ei videbantur occurrere in antiquo Alphabeto hujus linguæ . At nihil certi adfirmandum ſtatuit . Veretur enim acerrimi judicii Vir , non hujuſmodi Alphabetum fictitium ſit : unumque ex lxx iis , quæ neſcio quis Sycophanta fucum faciens eruditis , incidi curavit , Paulo V. Pontifici nuncupata . Mihi ergo ſuaſit , is eſt animi ſui candor , doctiores in Orientalibus linguis adire Viros . Statimque decrevi doctiſſimum in hac civitate virum conſulere , Cl. ſcilicet Alexium Symmachum Mazzocchium , ſacræ Neapolitanæ Eccleſiæ Canonicum , & in regia hac Univerſitate ſacrarum literarum profeſſorem : utpote qui in orientalibus literis verſatiſſimus , unus is erat , qui omnem dubitandi ſcrupulum adimeret. Nec incaſſum vota ceſſere . Reſpondit enim datis ad me literis humaniſſimus Vir , Paſtritium , cujus interpretationes ei tranſmiſeram , apertis oculis ſomniaſſe : literas , quas roſeus Pateпæ orbiculus ſervat , alias quidem Græ-

cis,

cis , alias Hebræis , nonnullas Syris aſſimilari ; ſed nullus earum ſenſus : & ab omnibus nil aliud emergere quam opus arbitratu Artificis compa- ctum : veluti ægrorum ſomnia , in qui- bus vera quædam falſis ita commi- ſcentur , ut unà ſimul mendacium ſint . (95) Tanto viro alium ad- dam Joannem Dominicum Man- ſium , meum in Congregatione Ma- tris Dei collegam , qui ſcribens ab ſe in Bibliotheca Lucenſi obſervatum fuiſſe Paſtritium , agenſque de ſuis in- terpretationibus , ſubdit eas eſſe , quas ab me rejiciendas credit : ſigna enim illa , nullam videntur ſubire poſſe ex- planationem . (96) Nec mihi ſatis adhuc

---

(95) Caſa 29. Febbrajo 1744. -- *I ſen- timenti del Signor Paſtrizio traſmeſſimi ſo- no viſioni . Le lettere , che ſono nel cerchio roſato , raſſomigliano è vero alcune alle Ebree, altre alle Greche , altre a quelle de' Siri : ma tutto inſieme non ſono altro che lavori grotteſchi* .

(96) *Le interpretrazioni del Signor Pa- ſtrizio ſono tali , quali sò che Ella ſi guar- derà dall' adottarle ; pigliando egli per lette- re*

adhuc feciſſe viſus, amantiſſimum Fratrem D. Dominicum Pauli, Romæ degentem literis exoravi, ut eruditiſſimum Præſulem Aſſamanum circa hæc conſuleret. A quo comiter exceptus, poſtquam ſedulò diligentiuſque Paternam adſpexerat, audivit, ſigna illa non elementa, ſed pura ornamenta eſſe, & ex eis duo tantùm, ægrè tamen, & nonnullis immutatis reduci poſſe ap elementa illa Hebraica, quibus ineffabile Dei nomen effertur. (97) Unde alium exoticarum linguarum ſcientiſ-

---


re quelle cifre, che a mio parere nulla ſignificano.

(97) Roma 29. Luglio 1744. -- *Ricevuta la voſtra ſono volato ſubito a Monſignor Illuſtriſſimo Aſſaman, il quale compreſa la difficoltà, ed oſſervate con ſomma accuratezza le ſuppoſte lettere, ha creduto, che non ſiano tali; ma puri ornamenti. Imperocchè di tante appena due, ſituate a mano ſiniſtra dell' aſta della Croce, quaſi ſovra la lettera A, potrebbono ridurſi a ſignificare in lingua Ebraica il nome ineffabile di Dio: ove però una ſi anteponeſſe all' altra, e dalla primo ſi toglieſſe quell' aſta, che tranſverſalmente lega le altre due linee, o ſiano aſte. Dell' altre nulla ſe ne raccapezza.* --

entiſſimum adivit Virum Cl. Teoli linguæ Hæbraicæ in Colleg. Propag. Fid. Profeſſorem : eidemque unam cum Aſſamano eſſe mentem reſcripſit. Denique tantorum Virorum agmen claudat Reverendiſs. Doctiſſimuſque Sanctæ Inquiſitionis in Urbe Conſultor F. Joannes Antonius Bianchi: cui neſcio quid monſtri ſimile viſum eſt, in illis ſignis literarum formas aucupari velle . His ità expoſitis, pro libito nunc erit Lectoribus utramlibet placuerit ſententiam amplecti, eique calculum apponere, vel ab ea diſcedere . Ab me certè obtinere nunquam potui, ut ſiglas has literas crederem.

Parum abſimiles negabit nemo eas eſſe ſiglas, quas in Abellenſi Patena, (cujus ſupra *pag*. 232. curſim memini) obſervavi unà cum Clariſs. Paciaudo: dum Eminentiſſimum Principem Cardinalem Spinellium in autumnalibus feriis in Nolæ ſuburbiis ruſticantem comitaremur; hoſpitales ædes præbente, effuſæ humanitatis viro D. Abbate del Re, inclyti Cœnobii Marcianenſis meritiſſimo Moderatori . Quin ex hujuſmodi Eminentiſs. Principis

tùm



tum doctrina, tum dignitate perſpicui beneficentiâ, ejuſdem Patenæ interioris tantum orbiculi ſpecimen do Tabul. v. quod ipſe pro ſua in me comitate, & pronâ in Eccleſiaſticis ſtudiis promovendis voluntate, ab Eccleſiæ Cuſtode libentiſſime obtinuit.

Volupe erit Lectori, duos in ea è terra promiſſa reduces Exploratores inſpicere: humeros incurvantes ſub unius racemi uvæ pondere, quem tranſverſo baculo medium ægre admodum ferre videntur: quo, ad Euchariſtici Corporis, & Sanguinis Domini figuram, nil poterat aptiùs excogitari. De Chriſto enim loquens Sponſa Canticorum, *Botrus Cypri*, ait, *Dilectus meus in vineis Engaddi*. In cujus loci myſticam ſignificationem juvat proferre verba Paſchaſii Abbatis Corbejenſis *Lib. de Corpor. & Sanguin. Chriſti in Bibliot.* PP. *edition. Colon.* ubi hæc -- *Vinum, quod bibimus, ſanguis eſt, ejuſque vitis, quæ de latere ejus fluxit. Chriſtus uva dicitur, quam Viri exploratores, Apoſtolorum ſcilicet, & Prophetarum Chorus, ſuis ad Nos humeris fortiter detulerunt; de quâ denique uvâ, dum prælo premitur*

mitur paſſionis, ſanguis effluxit ſalutis. — Nec adverſis avibus opinaretur, quicumque Patenam hanc prægrandem, uvæ benedicendæ primitùs deſtinatam fuiſſe crederet: ritum enim hujuſmodi cum in Orientali, tum in Occidentali Eccleſia viguiſſe comperimus ex Euchologio ad diem ſextam Auguſti, & in Gregoriano Sacramentario VIII. Idus item Auguſti in prima Miſſa S. Xiſti. Eumque obtinuiſſe ſcimus in Eccleſia Turonenſi S. Martini, ac in Lugdunenſi, in cujus Manualibus ritus hic deſcribitur, & durat adhuc in Rotomagenſi Monaſterio S. Audoeni. Ex Miſſali verò Pictavienſi vinum novum ex uva recenti liquabatur in Calicem, quod improbat Concilium Quiniſextum *Canon.* XXVII. Pingere autem, vel ſculpere in ſacris vaſis nonnulla ex ſacris hiſtoriis excerpta, quæ eandem rem præferrent, ad quam vaſa illa deſtinabantur, conſueviſſe olim, nullus dubitat.

Cui vero hominum tam benè Numinis genius indulſit, ut in barbaricis illis Notis, quæ Patenæ anteriorem limbum infarciunt, dicterium, vel

Tab. VI. Pag. 243.



lemma quoddam valeat expiſcari? Et hic quoque, veluti ſub nubilo, literas noſces Hebraicas, Arabas, Græcas, ac Syriacas: at quid inde? Nihil. Nec abſimiles elementorum Figuras exhibet vetuſta Patera apud me, cujus ſuperius memini. Hujus ecthypum do Tabul. VI. veluti dignum, ut eruditorum ingenium exerceat. Et fortaſſe ibidem Etruſcæ linguæ veſtigia invenient Clariſſimi illi Viri, qui Cortonenſi Etruſcorum rebus elucidandis Societati nomen dedere. Adverto tamen adeo eraſas, temporiſque edacitate comminutas eſſe ſiglas illas, ut earum non paucæ, non niſi informes reddi potuerint; & proclamata res ſit, eas ad priſtinam formam reſtitui quandoque poſſe. At ſi, & hæ pariter ſiglæ, Meandri non ſint, & arbitraria ornamenta, quæ in Etruſcis vaſis communiſſima occurrunt, nodus erit, Deo vindice dignus, qui exſolvatur. Nec minori indiget oedipo Figura, quæ Pateræ fundum occupat. Suſpicabar ego in ea vel theatralem Perſonam, vel Ducem è ſuggeſto militibus verba facientem re-

præſentari. Verùm in re tam obſcura malo aliena audire, quam mea proferre.

His ita præhabitis placet modo horum Meandrorum originem altius aliquanto repetere. Præcipua Romanæ Tunicæ ornamenta Bullæ quædam fuere, ad inſtar clavorum purpurei coloris. Tunicarum Equeſtrium anguſtiores, Senatoriarum ampliores: ut jam ad horum ordinum diſcrimen *Laticlavi*, & *Anguſticlavi* dicerentur: ſiquidem fides Octavio Ferrario de re veſtiaria *Lib.* III. *capit.* 12. *pag.* 208. qui plurimis Auctorum teſtimoniis, neſcio an ſponte, an per vim in ſuam ſententiam adductis, id nervis omnibus probare contendit. Potior fortè Alberti Rubenii opinio, clavum ſcilicet Romanorum, purpuræ ſegmentum fuiſſe, in acutum deſinens: quodque ab ſuperiori veſtis extremitate ad infimam uſque pectoris partem deducebatur. Unde Horatius *Latum demiſit pectore clavum*: Eademque exhibet Hieronymus in Iſaiam, qui Græcam vocem μεσοπορφυρν, *tunicam clavatam purpurâ* latinè reddidit. Iſidorus etiam

Lib. 19.

Tab. VII. Fig. 245.



mus dicere , eas eſſe uniones : nam irca collum etiam faſciola apparet ujuſmodi bullis diſtincta.

Nec tantum veſtibus clavi purpurei dditi , ſed etiam ſupellectilibus lectorum , ac menſarum , ut ad Lampridium notavit Caſaubonus. Hinc tibi occurret *Mappa laticlavia* in Petronio: *pura* , *&* *clavata lintea* , apud Lampridium;

(*) Adverte hic Antiquorum morem gue , nunquam *Agnes* ſcribentium.

pridium ; *lintea* item toralia *duos clavos habentia* , apud Ammianum , & penès Martialem *lato variata Mappa clavo* .

Ex hujuſmodi laticlavorum ornamentis effluxiſſe opinor ea , quæ Meandros vocant , quibuſque veſtium ora in ſtatuis , in imaginibus , & vaſorum limbi , & ſinus decorabantur. *Meandros* autem dicunt , quia a Magneſia Urbe Ætholica ad Meandrum ſitam originem traxiſſe putant Eruditorum omnium filii , cum flumen illud variis ambagibus , & circuitionibus labatur . Videatur Sponius in ſuo itinerario *parte prima pag*. 250. ubi in tabula , fluminis hujus curſum depictum exhibet : ipſumque cum Caiſtri ſpiſſis volutationibus comparat . Feſto pariter : *Meandrus genus eſt picturæ , ita dictus ab ſimilitudine flexus amnis , qui appellatur Meandrus* . Meminit horum ornamentorum Virgilius *Æneid. lib*. 5. *ver*. 251.

> *Victori clamydem auratam quam plurima circum*
> *Purpura , Meandro duplici Melibæa cucurrit* .

Tertullianus item *de pallio capit*. 4. --

Prorſus


Prorſus ſi quis Meandrico flexu dilicatam veſtem humi protrahat ; audiat prope ſe Comicum : qualem demens iſte clamidem diſperdet -- Cujus nominis veſtigium videntur retinuiſſe Græci , qui vocant ποταμοὺς , *flumina* , lineas quaſdam rubras , veſtibus Monachorum olim aſſutas . Vide Goarium in Euchologio in notis ad Miſſam Sancti Joannis Chryſoſtomi . Quin & in Sacris Pontificalibus veſtibus hujuſmodi Meandri irrepſerunt : illud enim veſtimenti genus , quod *Sticarion* vocant , purpureum erat , & hinc inde variis linearum ambagibus ornatum . Simeon Theſſalonicenſis *in libro de Templo* inquit -- *Sticarium Epiſcopi deſuper deſcendentia flumina habet : eſt enim undulatum, & gratiam dicendi in eo repræſentat* -- : Balſamon etiam diſertè de Patriarchalibus ornamentis loquens *in lib.* VIII. *Juris Orientalis* , ait : -- *Sticaria undulata ſanguinis , & aquæ rivos , qui ex divino latere ſtillarunt , ſignificant* -- . Unde merito corrigendus doctiſſimus Meurſius in Gloſſario , qui trahit in regulam id , quod habet Demetrius Chomaſenus *in reſpon. Pontificalia* , ſcilicet,

 Sticaria

Sticaria fuiſſe ἁπλα ſimplicia ; ideſt χωρις ποταμων, non undulata, non fluviata, ut ipſe explicat. Nec diverſimode accipiendæ ſunt Cappæ illæ *brodata* de quibus antiquus ritus Eccleſiæ Turonenſis, apud Martene *de Antiq. diſcipl. pag.* 501. *Omnes legunt in Cappis brodatis*.

At veſtimentorum luxus ulterius proceſſit ; mos enim paulatim invaluit in eis animalia, arbores, frondes, ſaxa, sylvas, & id genus contexere, & acu pingere. Plutarchus in Vita Demetrii ait, in publicum proceſſiſſe pretioſiori veſte indutum, in qua zodiaci ſigna. Neque hic rei modus, & finis. Nam eouſque proceſſit veſtimentorum luxuries, ut chriſtianæ Mulieres in eis ſacrorum Evangeliorum hiſtorias depingere non erubeſcerent. Exſtat apud Rubenium *Elec. capit.* 1. inſignis locus Aſterii Epiſcopi Amaſeni, ubi noſtræ ætatis mores prophetico ſpiritu, & vaticinanti ſimilis carpere videtur. Noſtris enim diebus nonne vidimus minuti etiam popelli fæminas his amiciri telis, quas perſicas, vel indicas vocant: quæque

neſcio



Tab. IV. Pag. 249.

Tab. VIII. Pag. 249.



Fig. 2. Pag. 245.



Fig. 3. Fig. 4.



neſcio quo atro colore perlinitæ ; ſacras hiſtorias ab Luca , vel Matthæo deſcriptas referunt ; itaut non rhedis tantum , & curribus per Urbis compita ab Matronis , ingenuiſque Puellis, ſed per trivia etiam & diobolares Tabernas , ſi Diis placet , Evangelia circumferantur :

Cæterum Meandrorum uſum in veſtibus demonſtrat vitrum antiquum apud eundem Bonarotam , quem typis æneis minori forma , & nos incidi curavimus ; ut videat Lector quam bene hujuſmodi ornamenta fluminum ambagibus comparentur Tabula VIII. Frequentiores & in vaſis , pateris, vaſculis : in his præcipue , quæ *Etruſca* vocant ; quæque potiori fortaſſe ratione *Campana* dicerentur : Nolæ enim potiſſimum effodiuntur : quorum ibi uberrimam , & profecto Regiam ſupellectilem vidi apud Clariſs. & Patricium Virum Felicem Mariam Maſtrillum , ab eo nullo non labore, ſumptibuſque comparatam . In eis , in quibus non raro literæ Græcæ , rarius Etruſcæ apparent , nil obvius quam ejuſmodi Meandrorum perpetuus uſus ,

Neque

Neque eis deſtituuntur celeberrima vaſa , quæ olim Neapoli Valleſtanæ Bibliothecæ erant ornamento : quorum Icones etiamnum ſervat Franciſcus Valletta Vir humaniſſimus , & in his præcipue , quæ ſtudia literarum ſpectant , veluti Aviti , ac Paterni moris æmulator, juvandis natus Amicis. Ex his nonnullos excerpſimus , quos una cum aliis aliorum vaſculorum, quæ apud me , vel apud Amicos ſunt , in tabula exhibemus : ut uno intuitu quam varie fuerint , & pro cujuslibet arbitratu diverſæ Meandrorum ſpecies Lector inſpiciat . Tabula IV.

En igitur unde nata , deductaque fuiſſe crederem obſcura illa ſigna , quæ in noſtris Patenis Forocornelienſi , & Abellenſi , & in altera Patena Etruſca occurrunt . Magnus interim mihi erit Apollo , qui ex his omnibus aliquem ſenſum , vel ſententiam educere valeat.

Noſtram vero Patenam preſſius inſpicientibus, quædam aliæ parvulæ notæ occurrunt in Limbo panni , quo operitur Menſa , ſupra quam myſticus ille Agnus quieſcit . In prima lineola

hæ

hæ ſunt C..ↃC: In altera inferiori hæ aliæ L L L: quas Paſtritius, vaticinanti ſimilis, tali ratione declarat. Literæ C C C, quarum una inverſa eſt, ſignificant *Chriſtus Crucifixus Cruci*: duo puncta . . intermedia, duas clavorum fixuras, manuum ſcilicet, & pedum. Reliquæ literæ L L L reconditioris interpretationis videntur: quas tamen mire, & perbelle hariolus noſter aſſequitur: *Leo Leſit Leonem*: quas explicationes cordatus quiſque Vir, niſi fallor, *Libens Lubens Lubentiſſime* rejiciet.

Ego interim opinor primas notas C..ↃC nihil aliud eſſe quam bullas ibidem aſſutas pro panni ornamento: rotundæ enim, vel ſemirotunda ſunt, ritèque diſpoſitæ; & capita clavorum repræſentant. Harum ſimiles Clariſs. Senator Bonarota obſervavit in Figura 11. quam apud ipſum invenies in Tabula ſexta, ubi boni Paſtoris tunica in inferiori parte ab duobus orbiculis, ſeu bullis ornata eſt: eaque ornamenta, ſubdit, in Actis SS. Perpetuæ, & Felicitatis à Græca voce κάλλος *Calliculas* appellari. Quarum aliæ


oc-

occurrunt in antiquis figuris apud Lambecium *Bibl. Cæſar. tabula* 4. *apen. pag.* 301. & Petrum Sanctem Bartolum *Pitture antiche delle grotte di Roma*; Et apud Virgilium Vaticanum tempore Conſtantini exaratum, ante ſecundum librum Æneidum. Quin & in Vitro Sanctæ Agnetis, quem ſuperius exhibuimus, plana ſuperficies videtur nonnullis his orbiculis diſtincta. Et, ut rem acu tangamus, videſis hujuſmodi bullas, vel orbiculos in Menſa, ſeu Altari: ubi Agnus alter, noſtro ſimilis, jacet: cujus ectypum ex Ciampinio iterum excuſum damus. Tabula IX.

Et ſi teſtimonia deſideras, orbiculos hos Clavos fuiſſe & Bullas, quibus Altarium vela, vel ſuperiora integumenta ornabantur, vide Anaſtaſium in Leone III. *ſuper Altare majus fecit vela holoſerica, alithina quatuor, cum haſtillis, & roſis chryſoclavis*: Chryſoclavum idem eſſe *ac clavis ornatum* docet hic in Notis Dadinus Altaſerra. Idem in Benedicto III. *& vela duo de olovero, cum cruce de olovero, & liſta ſimiliter de Chryſoclavo*: & infra:

ſimiliter

Tab. IX. Pag. 252.



mun-
parte ,
otis ex
eream
vinita-
ullius
i orbi-
omnia :
iui re-
us ipſe
- Ma-
1. *ca-*
corpo-
deſt in
æ ſunt.
bro 8.
u Or-
, vel
culto ,
ris ex
facti,
r non
enten-
i Ba-
e *Hor-*
s : ex
apud
rum ,
ro-

occur
Lamb
pag.
lum
Et ap
pore
cundu
in Vi
rius e
detur
Et, ut
juſmod
ſa, ſei
ſtro ſi
ex Cia
Tabula
Et ſ
hos C
Altarit
menta
in Lec
vela h
haſtillis
clavun
docet
ra. I
duo de
diſta ſi

ſimiliter veſtem de purpura imperiali munda ſuper Altare majus, ex omni parte, cum hiſtoria, & cancellis, & Notis ex Chryſoclavo. Conſulto hîc prætercam globulos hos apud Antiquos Divinitatis ſignum, vel notam fuiſſe. Tullius in ſomnio Scipionis -- *Novem tibi orbibus, vel potius globis connexa ſunt omnia: quorum unus eſt cæleſtis extimus, qui reliquos omnes complectitur, ſummus ipſe Deus arcens & continens cæteros* -- Macrobius in eundem ſomnium *lib.* 1. *capit.* 14. *Divinæque mentes omnibus corporibus, quæ in formam teretem, ideſt in Sphæræ modum, formabantur, infuſæ ſunt*. Inde apud Livium *decad.* 1. *libro* 8. *capit.* 20. Romanos Globulos, ſeu Orbiculos hos æneos Sango Deo, vel Herculi, hoc nomine ab eis culto, conſecraſſe legimus: *quodque æris ex eis redactum eſt, ex eo æneos orbes facti, poſiti in Sacello Sangi*. Quapropter non poteſt ab Eruditis non probari ſententia Cl. Comitis Franciſci Joſephi Bagnoli in ſua erudita Diſſertatione *Hortatoris Nautici* rectiſſimè opinantis: ex hujuſmodi Gentilium more, illud apud eos pariter defluxiſſe, tot anulorum,

coro-

coronarum, globorum in rebus ſacris; vel toties aras, & templa, & rogos in ſacrificiis circumeundi.

Earum literarum vero L L L, quæ in altera linea exhibentur, originem, auſpicor ab uſu illo antiquorum, quo vel Artificum, vel Dominorum nomina in extremis veſtium oris aſſuere, vel intexere conſueverunt, & teſte Plinio *lib.* 33. *texeras* (98) vocabant. Idem Plinius *libro* 31. -- *Tantas Zeuxes opes comparavit, ut in oſtentatione earum Olympia aureis literis contextum nomen ſuum oſtentaverit* -- Vopiſcus in Carino -- *Inſcriptum eſt adhuc in Choraule Pallio thyriathino, quo illa veluti ſpolia nobilitatis exultat, Meſſalæ nomen, & Uxoris* -- Auſonius item meminit cujuſdam Fœminæ, cujus opificium erat, hujuſmodi literas in veſtibus acu pingere: quem morem uſque ad inferiora Imperii ſæcula deductum, vides ex Balſamone *in Can.* 27. *Concilii Trullani.*

No-

(98) Carolus Dati in Notis ad vitam Zeuſis totus eſt, ut ex variis Ms. Codicibus oſtendat, in hoc Plinii loco pro T[illegible] legendum eſſe *Texturis*.

Nomina autem hæc, & præcipue Artificum per compendia, & per initiales tantum literas efferebantur (99) ut Romæ in pluribus muſivis obſervatur adhuc: in quibus in limbo (*periclyſim* vocant) veſtium Apoſtolorum ad hujuſmodi moris imitationem elementa quædam ſolùm conſpiciuntur. Idemque pluries animadverti Panormi in Regio Sacello: ubi elegantiſſimis muſivis parietes incruſtantur: ſententiam meam adprobante Clariſſimo Viro Antonio Mongitore, cujus nuperam mortem literaria Reſpublica dolet, ſemperque dolebit. Ciampinius etiam *pag.* 103. refert Ravennæ in Eccleſia Sančti Apollinaris in limbis, & in oris veſtium imaginum, varias inſpici literas, videlicet Z. N. J. L. N. T. F. &c. Et apud Boldettum de Cæmeteriis

(99) Et hæc ſatis conſtant ex tot tantiſque vaſorum inſcriptionibus: ubi paſſim *Att. F.* Atto Fecit: *Cel. F* Celſus fecit; & in unius operculo apud me *Baſſ. Off. Baſſi Officina*. Sed & in vilioribus tegulis, ac aqueductuum canalibus ſiglæ hæ obviam ſiunt.

meteriis *tom.* 1. *pag.* 60. in limbo veſtis foſſoris cujuſdam conſpiciuntur hæ notæ  : quas ſi quis eſſe Cruces Græcas velit, dabo manus victas; dummdo detur & mihi, has quoque in veſtium ornamenta ceſſiſſe. Et apud Boetium Philoſophiam, ſibi in ſomnis viſam, veſtes circumdabant; in extremo margine quarum P. Græcum Π, & in ſupremo T Græcum Θ legebatur. (100) In veſtibus etiam Patriarchalibus, ut eſt apud Balſamonem *de Privileg. Patriarch.* erant trianguli multi intertexti, ſive figuræ literæ Γ

Doctiſſimum Senatorem Philippum Buonarotam quædam inceſſerat opinio fortaſſe

---

(100) Hujuſmodi literarum explicationem P. ſcilicet Practicam ſignificare, T. Theoricam, non eſſe Divi Thomæ Angelici, ut quidam opinantur, ſed Thomæ Angli Cardinalis oſtendit Joſeph Maria Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis de veſtibus literatis, qui & ſuam interpretationem addit: ſcilicet *P* Græcorum Π, *Rethoricam*; & Θ *Theologiam* innuere.

fortaſſe in hujuſmodi Siglis aliquod myſterium abſcondi potuiſſe Gentilium mentibus invium . Ea enim erat ſanctorum Patrum vulgi inſtruendi ſacra prurigo , & numquam non ſedula ſollicitudo , ut ſæpius in eorum dictis, factiſque aliquid cubet ad fidelium pietatem augendam, vel ſymbolicis ſignis, vel verborum metaphoris opertum , iis præcipue , quibus, nondum Chriſtianorum Sacris initiatis , penitiora Religionis myſteria ſub nubilo erant . Tali ratione ſignum illud in veſte Sanctæ Agnetis T Tabulæ VII. ſi quis crederet fuiſſe Græcum Σ ſigma ; facile potuit innuere numerum ſexageſimum Virginibus ſacrum , ut tradunt Sanctus Cyprianus *de habitu Virginum* , & Prudentius *lib.* II. *contra Symmachum* . Si vero mavis literam H. in eo inſpicere, hæc penès Græcos octavum numerum relevat, alterius vitæ , æternæque beatitudinis ſymbolum . Sicut , addam ego , patet etiam ex Epiſtola Barnabæ, apud Cotelerium *Tom.* I. *pag.* 29. ubi per literam T. trecenteſimum numerum deſignabant . *Nam centeſimus numerus* ,

R ſubdit

ſubdit Doctiſſimus Scholiaſtes, *plenus perfectuſque habetur; ac ſæpe ab Eccleſiæ Doctoribus de benedictione, & vita æterna exponitur, ſicuti è contra per numerum octodecim, literas innuebant, quæ primæ ſunt nominis Jeſu* (101) His autem, quæ ſuperius diximus, acrioris ingenii vi, & è ſecretiori eruditionis penu derivatis, fatetur Clariſs. Senator, veroſimilius eſſe, hujuſmodi veſtium ornamenta ad voluntatem Artificis in eis contexta eſſe, & aerem verberare quisquis in eis præter laſcivientis pictoris commentum, aliquid aliud veritati conſonum reperire præſumat.

Hæc igitur animadvertens facile mihi ſuaſi literas L L L in panno noſtræ Patenæ

(101) Omittenda hîc de induſtria, inquit Cotelerius ad hunc locum Barnabæ, quæ circa priora nominis Jeſu elementa deblaterant Gnoſtici; ne charta impuris dictis conſpurcetur, neve cum Sanctorum explicationibus deliria impiorum conjugantur. Ea petes ex Ireneo *Lib.* 1. *capit.* 1. *pag.* 17. *cap.* 12. *pag.* 87. ex Epiphanio *hæreſ.* 31. *capit.* 14. & *Hæreſ.* 34. *capit.* 9.

Patenæ nil aliud eſſe , quàm ſigna quædam arbitraria ab Artifice ſuperpoſita , ut religioſius imitaretur morem eorum , qui nomina Artificum , vel Officinarum in pannis intexuerunt.

Nihilominus , ſi mihi bona Lectoris veniâ hariolandi facultas , ut olim Paſtritio*, daretur , non tres tantum , ſed quatuor L. L. L. L. ibidem facile reperirem ; iiſque elementis , quatuor noſtræ legis Evangeliſtas ſignificari , non uno exemplo demonſtrarem . Certe Benedictus Mellini , Chriſtinæ Svecorum Reginæ olim à Bibliotheca , penes Ciampinium *tom.* 1. *pag.* 100. ex muſivis , jam dudum in Eccleſia , nunc ad prophanos uſus converſa , Sancti Andreæ in Barbara , exſtantibus , aſſerit L , vel inverſum Γ ad inſtar gamma Græcorum , eſſe *invariabile ſignum Apoſtolorum* ad diſcrimen veſtis Chriſti , quæ habet unum H. Nec adduci poteſt , ut credat , talia elementa denotaſſe Artificis nomen -- *Quoniam is ipſe Artifex , qui Sancti Andreæ Tribunam muſivo opere concinnavit , illam certè Sanctæ Mariæ Novæ conſtruere non potuit , cum inter has duas ducentorum , & ultra annorum*

ſpatium intercedat : pariterque qui Sanctorum Coſmæ , & Damiani Tribunam ædificavit , neutiquam potuit illam Sanctæ Praxedis ædificare : cum prima constructa fuerit circa annum 530. ſecunda circa annum 820. & nihilominus in iis omnibus veſtes Apoſtolorum hac nota inſignitæ ſunt -- Et licet Ciampinius , cui & ego libentiſſime aſſentior , regulam hanc non ſemper firmam habere deberi , luculenter oſtendat ; fatetur tamen , Auctores in harum Siglarum explicatione diſcrepantes -- *tantum convenire in ſe videri , quod per literas* H & X *nomen Chriſti , per* L *vel* Γ *Apoſtolorum Symbolum prænotetur .*

Non autem inſolens eſſe in hujuſmodi linteis Altaria operientibus literas depingere paucis oſtendam . Antemenſia , Græcis Αντιμίνσια , quorum frequentiſſima mentio apud ipſos , erant opercula Altarium , ſacra inſtrata , aut linteamina Altaria *operientia* . Cum enim Græci Altaria portatilia non haberent, eorum vice utebantur Antimenſiis : quorum conſecratio exſtat in Euchologio *pag.* 648. Quomodo hæc fierent, docet Manuel Epiſcopus Bellenſis in

quæſitis

quæſitis -- *Antimenſia ſcimus facta, quando Sacerdos ipſe dedicationem faciebat: ut ex panno ſubſtrato, & circumvolvente Menſam in partem diſciſſo, Sacerdotibuſque diſtributo, atque ſine his Sacra fieri non poſſe* -- Similia habet Balſamon *ad Canon.* 31. *Concilii in Trullo*, ubi male Gentianus Ervetus τα αντιμηνσια reddit *ſuperatoria*, voce ſatis barbara. De ipſo autem nomine locus eſt apud Nicephorum Homologetam -- *Vocantur autem antimenſia, quod multa ejuſmodi fercula exprimant, & referant, quæ Sanctam Dominicam Menſam perficiunt* -- cujus nominis rationem irridet Bona Card. *capit.* 20. *num.* 2. Vide notas ad Concilium Florentinum Roberti Chreyghton *in ſectione quarta cap.* 11. *pag.* 16. *& in ſectione* 11. *cap.* 4. *pag.* 39. La Cerda *in Adverſariis cap.* 51. *ſectione* 5. Hujuſmodi autem *Antimenſiis* aſſuebantur ad extremum limbum *lora* quædam, ſeu *Zonæ*, quas Joannes Epiſcopus Citrenſis vocat *antepanna*, Ἀντίπανα. Quæ vox occurrit etiam apud Balſamonem *Canone* 27. *Concilii in Trullo pag.* 390. *& ad Canonem* 16. *Concilii Nicani ſecundi*

 pag. 535.

pag. 535. eamque interpres vertit *diverſi coloris lembos* , loquitur enim de veſtibus Clericorum: & ſubdit, veſtes has habere non ſolum *antepanna* , *præterea & ſumptuoſas aureas literas* , γράμματα χρυσόπαςα . Suicerus *tom.* 1. *colon.* 380. Meurſium ſugillat : eoquod non animadverterit , in his verbis mendum cubare , & per γράμματα , literas , legendum ῥάμματα , *limbos* (non lembos , uti interpres Balſamonis) ad extremas Antimenſium oras aſſui ſolitos . Doctiſſimi Viri eruditiorem me Judicem exſpectent . Advertam tantummodo in hujuſmodi Canone loras , & fimbrias veſtimentorum vocari Margelia , Μαργέλια : *Sed precioſora auro intertexta ſunt ſigna , vulgò dicta Margelia , lora , & limbi* . Et hoc quidem apertiſſime demonſtrat Moſchopulus· his verbis -- *Margo extremitas alicujus rei , & eam finiens , ut quod vulgo dicitur* Μαργέλλιον , *Margelium* -- . Sed quando etiam Balſamon pro γράμματα ſcripſiſſet ῥάμματα , *ſigna*, eaque pretioſo auro intertexta , quis neget , & hæc ſigna quoque pro literis intelligi potuiſſe ? Tunc temporis proculdubio in moribus erat literas in

veſtibus

veſtibus intertexere: & hæ literæ nihil aliud denique erant, quam ſigna quædam. Quid ergo intereſt, ea γράμματα, vel ῥάμματα nuncupari? Quod autem ad rem noſtram arctius facit: non inſuetum eſſe aſſuere Antimenſiis literas, & picturas ornamenti gratia, oſtendit Manuel Charitopulus *Libr.* 3. *juris Orientalis*, apud Iſaacum Habertum Pontificale Græcum *pag.* 664. -- *Scimus Antimenſia fieri, poſtquam Pontifex per ſe dedicationem celebravit, atque ex panno quoque ſubſtrato, & Menſæ circumjecto in fruſta diſſecto, & literato Sacerdotibus dari*. Ut ut ſit, mea refert, linteamina, quibus Altarium Menſæ operiebantur, *Zonis*, *picturis*, *diverſique coloris limbis* quandoque exornari: ut inde non incongruè eruam, ſigna C.. Ɔ Ɔ, & L L L in linteo Altaris noſtræ Patenæ, non *Chriſtum Crucifixum*, *nec Clavorum fixuras*, *nec Leonem*, *Leonem Lædentem* ſignificare; ſed tantùm ibidem aſſuta, vel depicta ornamenti, & decoris gratia fuiſſe. Sed de his jam ſatis.

VII.

ANtiquiſſimi in Eccleſia moris fuit, ea, quæ ad Dei cultum mancipantur, benedictionibus, & precibus ad id deſtinatis conſecrare. Unde & cum Patenis quoque id fieri conſueviſſe teſtantur Rituales Libri: ubi verba in eis initiandis ab Sacerdotibus proferri conſueta, paſſim proſtant. Hujuſmodi moris originem fortaſſe ab Gentilium cæremoniis deducendum quis putaret. Profecto ſcimus, Pateras præcipuè apud eos conſecrari conſueviſſe: addito in eis ſigno quodam, ut cuinam Numini addictæ erant dignoſcerentur. Locus enim Homeri Π Iliad. ſacrificium Jovi, ab Achille propinatum deſcribentis, nos admonet: non omnium promiſcue deorum ſacris Pateras adhibitas; ſed eorum tantum, quorum nomini fuerant dedicatæ.

Illic autem ei Poculum erat paratum; neque aliquis alius
Neque virorum bibebat cum ipſo vinum nigrum;

Neque

Neque alicui libabat deorum; niſi Jovi Patri.

Apud Copticos, ut habet Renodotius in Liturgia *Tom.* 1. *pag.* 53. in dedicatione Patenarum hæc præſcribebantur -- *Dominator Dominus Deus, Dominus Bonus extendat brachia ſua Sancta, & Sanctificet diſcum hunc, plenum bonis, quæ præparavit diligentibus Nomen ſuum Sanctum, recumbentibus in convivio annorum mille* (102). *Et nunc Domine Amator omnium, extende manum tuam Dominicam ſuper diſcum benedictum, quem impleturi ſunt partibus, ſeu reliquiis Corporis tui Sancti, quod offerent ſuper Altare Sanctum Sanctæ Civitatis N. N. Gloria tibi cum Patre tuo Bono, & Spiritu Sancto* -- Statimque ſubditur -- *Accipiet Chriſma, & Diſcum ſignabit, dicens: Benedictus Jeſus Chriſtus Filius Dei, & Spiritus Sanctus* -- Alia idem Renodotius refert *pag.* 315. ex Sacramentario Gregoriano -- *Conſecramus, & Sanctificamus*

---

(102) Suſpicabar equidem hic errorem Millenariorum cubare. Sed nihil aliud, quam cœleſtem diuturnamque felicitatem ſignificat.

ctificamus hanc Patenam ad conficiendum in ea Corpus Domini Noſtri Jeſu Chriſti patientis Crucem pro ſalute noſtra, omniumque, &c. -- Item -- *Domine Deus Omnipotens, qui per Moyſem Famulum tuum Tabernaculi tui Altare, & Vaſa omnia Divino Cultui mancipaſti, Clementiam tuam ſupplices deprecamur, ut hoc Vas aptum cultibus tuis, dignumque Altaribus reddas, ut Sanctificatum in Nomine tuo pretioſum Corporis tui ferculum deputetur* -- Alia pariter Benedictionis formula -- *Oremus, Fratres Chariſſimi, ut Deus Omnipotens hoc Miniſterium Corporis tui Filii tui Domini Noſtri gerulum, Benedictionis tutamine, atque defenſionis donatione implere dignetur: orantibus nobis, &c.* -- Et in Sacramentario Gallicano Mabillonii *pag.* 389. -- *Deus Omnipotens, qui, cum Moyſe famulo tuo in Chore Monte ſervanda Populo tuo præcepta diſponeres, Templum Sanctum qualiter ædificaret inſtituiſti, precamur, Domine, tuam Majeſtatem, ut hunc Calicem, Patenam, Turrem, in qua celebraturi ſumus, Sancta Myſteria cæleſti benedictione ſanctifices, atque benedicas, ut Sanctis Vaſculis tuis acceptabilem deferas*

ras

rat famulatum -- Si autem quid immundum vel in Calicem, vel in Patenam decidere contigiſſet, hæc ad eorum pollutionem abſtergendam, in eodem Sacramentario Sacerdotibus benedictio præſcribebatur -- *Miſericordiam tuam, Domine, ſupplices deprecamur æterne Omnipotens Deus, ut deſcendat benedictio tua in horum vaſorum pollutionem: emundet ſive vinum, ſive* (103) *oleum, mel* (104) *aut aquam, ut nullam inquinationem ſentiamus:*.

(103) Sacris enim Vaſis utebantur ad oleum retinendum, cujus uſus multiplex in Eccleſia, potiſſimum ad recens baptizatos perungendos. Cui in Eccleſia Orientali aqua addebatur: teſte Metrophane *in Confeſſ. Orient. capit.* VII. *pag.* 85. *Conſtit. Apoſt. lib.* VII. *cap.* XXIII. *pag.* 977.

(104) Mel etiam pueris baptizatis propinabatur. Adultis quoque. Nam cum Baptiſmus ſit ſecunda nativitas, ideo veteres poſt lavacrum, veluti tenellis Infantibus mel lacte mixtum deguſtandum porrigebant. Res notiſſima. Eccleſia verò occidentalis Chriſto renatis, cum lacte vinum parabat, teſte Hieronymo ad Iſaiæ *Cap. lv.* I. Vide, ſi placet, benedictionem lactis & mellis in antiquis Ritualibus. Vide etiam Cotelerium *Tom.* I.

ſtiamus : qui dixit, omne, quod intrat os, non coinquinat. Nos humiles ſervi tui exigui Sacerdotes juſſa implentes, laudes honoris tui in corde retinentes, Cruce tua expellimus ſordes omnes : fiducia Divina protege : omnes vincamus moleſtias in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti regnantis in Sæcula Sæculorum Amen. --
Ex iis, quæ hucuſque a nobis allata ſunt, animadvertere poteſt Lector, quàm bene ab Cl. Georgio in Liturgia Summi Pontificis impudentiſſimi mendacii reus traducatur Hoſpinianus: qui licet ritum vaſa benedicendi in Eccleſia non oppugnet, natum tamen eſſe tantummodo circa Annum Domini 900. tradit *de origine dedicationum capit.* III. & IV. *pag.* 110. *editionis anni* 1587. Primam ei falſitatis dicam impingit teſtimonium Sozomeni, qui de Eccleſia, ſeu magno Martyrio Hieroſolymis ab Conſtantino Anno Domini 335. ædificato, magniſque donariis ditato agens, hæc habet *lib.* II. *capit.* XXVI. *pag.* 483. -- *Igitur Epiſcopi Hieroſolymam delati Eccleſiam conſecrarunt, ſimulque ornamenta, & donaria ab Imperatore tranſmiſſa, quæ quidem in eadem*

Ba-

Baſilica hactenus manent, *& ab cunctis non ſine ingenti ſtupore ſpectantur ob magnificentiam*, *atque amplitudinem* -- Ex quibus verbis manifeſte eruit Baronius anno 335. 55. 43. *benedictionem*, *& conſecrationem jam tum in Eccleſia ſolemni ritu conſueviſſe*. Alteram ei inurunt capitularia Regum Francorum, quæ Caroli Magni ævo prodierunt. Ita enim in his -- *Simul & hoc ſtatutum eſt*, *ut nullus Sacerdos*, *quàm in Deo DICATIS Vaſis & ab Epiſcopo conſecratis Miſſas celebrari præſumat*: *quia ſicut non eſt conceſſum*, *ut alii Miſſas*, *& Sacrificia conſecrent*, *quàm illi*, *qui ab Epiſcopo ſunt conſecrati*; *ita non eſt licitum*, *ut in aliis Domibus*, *vel Altaribus*, *aut VASIS Miſſas Sacerdotes celebrare præſumant*, *quàm ab Epiſcopis conſecratis*. *Sunt etiam ab Epiſcopis conſecranda Corporalia*, *Palla*, *& alia veſtimenta Sacerdotalia*, *nec non & omnia*, *quæ in uſu Eccleſiæ*, *ſive in Miniſterio Sacerdotum ad Divina Myſteria explenda complectuntur*, *quatenus cum iis Sacris Deo ſacratius*, *ſive placabilius miniſtrare valeant* -- Poſtremùm, ſententiam ejus jugulare non deſinunt verba Pontificalis Egberti Archiepiſcopi Eboracenſis,

racenſis, qui obiit annò DCCLXVI. ab Martene editi de antiquis *Eccleſiæ Ritibus par.* II. *pag.* 349. cujus verba apud ipſum Auctorem videri commode poſſunt.

VIII.

QUod autem in Sacris Myſteriis deſignarent Patenæ Sacerdotales, & Minores jam ſuperius, aliud agentes innuimus, cum ex B. Alberto Patenam, lapidem illum, quo Chriſti Sepulchrum claudebatur, ſignificare docuimus. Similia habet Severus Epiſcopus Achemonin penès Renodotium *in Notis ad Liturgiam Copticam pag.* 195. -- *Chriſtus poſitus eſt in Diſco, ſicut in Sepulchro, & in Præſepe olim collocatus fuit* -- Ibidem de fractione -- *Cum totum Corpus, ſive omnes, quæ in Diſco ſunt, Particulæ ſignat, ſignificat ipſum eſſe, qui occiſus eſt* -- In Homiliis etiam in Eccleſia Alexandrina legi ſolitis olim, habetur -- *Videri à Chriſtianis Corpus ejus in Diſco poſitum, ſicut in Sepulchro* -- Hanc eandem ſignificationem habebat apud ipſos velum illud, vel aer, quo

rege-

tegebatur Chriſti Corpus: Germanus *in Hiſtor. Eccleſ. pag. mihi* 153. -- *Velum, ſive aer eſt; & dicitur eſſe vice lapidis, quo munivit Monumentum Joſeph*. -- Ciborium etiam, in quo Sacramentum adſervatur, non tam dictum volunt, quod in eo Sacrum Cibum contineatur ab Græcorum κιβα, *pera*, vel *ſacculo*, ſed fortaſſe, ut opinatur Calvorius *Tom.* 1. *lib.* 11, *Sect. lxxxv. pag.* 727. ab Hebræo *Kefer*, aut *Keſura*, *Sepulchro*, aut *Sepultura*: & probat ex illo Geneſ. xxxv. *& ſtatuit Jacob al-Kephurath Rachel: Sepultura Rachelis*. Alium Myſticum Patenarum ſenſum aperit Germanus *in Hiſtor. Eccleſ.* Poſtquam enim dixit -- *Diſcus Lectica eſt, in qua Corpus Domini ab Sacerdote, & Diacono componitur, qui ſunt Joſeph, & Nicodemus* -- *& pag.* 164. -- *Diſcus eſt loco manuum Joſeph, & Nicodemi, qui funus Domini celebrarunt* -- Subdit -- *Diſcus autem, ſi velis interpretari, in quo Chriſtus fertur, eſt Cœli Orbis, indicans in parva circumſpectione ſpiritualem ſolem Chriſtum*. -- Juvat etiam ea adferre, quæ de Patena myſticè ſcripſit Anónymus Auctor in Opuſculo, cui Titulus

My-

Myſteriorum Evangelicæ Legis, ac Sacramenti Euchariſtiæ, & Miſſæ, Romæ edito Typis Antonii de Rubeis 1729. *Patena, quæ dicitur à patendo, cor latum & amplum ſignat. Super hanc Patenam, id eſt, ſuper latitudinem charitatis, Sacrificium juſtitiæ debet offerri, ut holocauſtum animæ pingue fiat. Hanc latitudinem cordis Apoſtoli habebant, cum Petrus ajebat*: Etſi oportuerit me mori tecum, non te negabo: *Similiter & omnes diſcipuli Chriſto dixerunt. Propter quod Dominus intulit, dicens: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Sed latitudo cordis ab eis aufugit, & latuit, cum omnes diſcipuli relicto Magiſtro fugerunt & latuerunt. Et ideo poſt ſuſceptam oblatam Sacerdos abſcondit ſub Corporali Patenam, vel ab Altari remotam Subdiaconus retro continet involutam, per quod diſcipulorum fuga, vel latibulum deſignatur, qui dum verum Sacrificium offerreretur, fugerunt relicto Chriſto, & latuerunt, ſicut eis ipſe prædixerat*: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in hac nocte: Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis; poſtquam autem ſurrexero, præcedam

vos

vos in Galilæam. *Et ideo Sacerdos Dominicæ Reſurrectionis annunciaturus* Evan*gelium, reſumit Patenam, quia cum eſſet ſero die illa una Sabbatorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati, propter metum Judæorum, venit Jeſus, & ſtans in medio dixit eis:* Pax vobis: *reſumens oves, quæ trepidantes aufugerant.*

IX.

PRo coronide hujus Diſſertationis modò quædam ab nobis diſceptanda ſunt de veneratione, ac reverentia veterum Chriſtianorum, erga hujuſmodi Sacra Vaſa. Argumenta multiplici fonte derivari poſſunt. Primum ex continuo contactu Corporis Domini. Unde Auguſtini ævo, licet nondum in Africa Sacrarum Imaginum cultus undique viguiſſet, attamen, Paganos arguens ob cultum ſimulacrorum, ſacra vaſa ibidem honoris fuiſſe habita, apertiſſime docet, eo quod Sacris Myſteriis fuerint addicta: *Pſalm.* 213. *pag.* 997. *col.* 1 *A.* -- *Sed enim & nos pleraque inſtrumenta, & va-*

S ſa

ſa hujuſmodi materia , vel metallo habemus in uſum celebrandorum Sacramentorum , quæ ipſo Miniſterio conſecrata Sancta dicuntur, in ejus honorem, cui pro ſalute noſtra inde ſervitur -- Et Auctor Carolinus apud Mabillonium *præfat. pag.* 203. ex præconcepto adorationis, aliorumque Rituum Græcorum odio, tam longiùs progreſſus fuit , ut Sacris Vaſis , qualemcumque honorem indulſerit, quem ob metum ſuperſtitionis Sacris Imaginibus denegavit . Inſigniora ſunt quæ docet Hieronymus *Epiſt. ad Theoſ. -- Diſcant , inquit , qui ignorant Calices Sacros , & cæterà , quæ ad cultum Dominicæ Paſſionis pertinent , non quaſi inania , ſeu ſenſu carentia ſanctimoniam non habere , ſed ex conſortio Corporis, & Sanguinis Domini* -- Secundo ab Epiſcoporum conſecratione , & Sacris Chriſmatis unctione : à quibus & benedicuntur , & illiniuntur , quod ſuperiùs vidimus . Quapropter inter res ſacras numerantur *in Bibliotheca Juris Canonici lib. 2. tit. 1. Inſtit. pag.* 1308. -- *Sacræ res ſunt , quæ rite , ac per Sacerdotem Deo conſecrata ſunt , veluti Templa, & Vaſa* . Unde vetitus eorum tactus pro-

phanis

phanis hominibus decreto *Sixti I. A quo*, ait liber Pontificalis, *conſtitutum fuit, ut Miniſteria Sacrata nonniſi ab Sacris Miniſtris tangerentur* -- Quod & ſancitum fuit decreto Concilii Agathenſis *capit. lxvi. -- Non oportet inſacratos Miniſtros Sacra Vaſa contingere* (105) Subdiaconis etiam *ex Canone xxi. Concilii Laodiceni* juxta plurimorum ſententiam non licuit: quod autem in

(105) Tali modo cum aliis explicat Canonem hunc Ariſtinus in Synopſi: *Vaſa Miniſter ne tangat neque enim Orario induitur*. Juxta verſionem autem latinam *Cod. Canon. Eccleſ. Univerſ.* hæc habet. *Quod non oportet Miniſtros locum habere* ἐν τῷ διακονικῷ *in Secretario & Dominica vaſa contingere* Zonaras autem, & Balſamon contendunt non intelligi per *Diaconicum* locum, ſed munus, & officium Diaconorum, eamque Canonis ſententiam eſſe, ne ea quæ ad Diaconos ſpectant Miniſtri inferiores aggrediantur, & pro ſacra vaſa Corpus & Sanguinem Domini interpretantur: quam expoſitionem, ut genuinam amplectitur Leo Allatius de Templis Græcorum. Cum vero alii Interpretes Diaconicum pro Secretario intelligant, non videt doctiſſimus Suicerus, cur ab receptiori ſententia ſit recedendum.

Concilio Bracarenſi I. *Canone* xxviii. fuit eis permiſſum : ſicuti , & Sanctimonialibus vetitum ex Conſtitutione Soteris Papæ , ut ex Anaſtaſio -- *Hic conſtituit , ut nulla Monacha pallam Sacram contingeret* -- quod & repetitum fuit ab Bonifacio I. ut ex eodem in ejus Vita. Reliquis vero inferioris Ordinis Miniſtris in Concilio III. Romano denegatur : niſi fiat lineæ Mappæ interventu. Tertium quod inter Sacra Vaſa in Scevophylacio , ſeu Diaconico , quod latini *Secretarium* dicebant, adſervabantur Patenæ , eaſque aliò tranſportare piaculum erat . Huic autem Sacrario cuſtos præerat , quem Græci Scevophylacem (106) , ſeu Cemeliarcam vocant . Cujus dignitatis,

(106) Scevophylax unus erat ex Exocatacelis , ideſt primariis in Clero : De quibus vide Codinum *de Officiis cap.* i. una cum Balſamone eos hoc ordine connumerantem : *Oeconomus* , *Sacellarius* , *Scevophylax* , *Cartophilax* , *Sacell. Præfectus* . De Exocatacelis mentio occurrit in Concilio Canon. vii. quorum munus docet laudatus Codinus *Capit.* x.

tis, & muneris inter Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ officia meminit Codinus *capit.* 1. Teſtante Cardinale Bona, hujuſmodi officio fungebatur in Eccleſia Romana Sanctus Laurentius, de quo ſic canebat Prudentius:

Hi primum è ſeptem viris
Qui ſtant ad Aram proximi,
Levita ſublimis gradu,
Et cæteris præſtantior,
Clauſtris Sacrorum præerat;
Cæleſtis arcanum domus
Fidis gubernans clavibus.

Quartum argumentum venerationis Patenis exhibitæ dare poteſt antiquiſſimus mos ſuſpendendi eas Navigantium collo: quemadmodum de Maximo Abbate ſuperius vidimus ex Gregorio Turonenſi *in libro de Gloria Confeſſorum capit.* XXII. Sed & cum mortuis quoque id conſueviſſe habemus ex Surio *Tom.* VI. *die* III. *Decembris*, ubi loquitur de Sancto Birinio Epiſcopo -- *Inveniſſe dicitur Corpus Epiſcopi integrum, cum duplici Stola, & infula rubra è panno ſerico, cum Cruce ex metallo confecta pectori ejus impoſita: denique Patena cum Calice ad umbilicam po-*

ſita (107) . Quintum denique miracula in Patenis ab Deo patrata , divinaque ultio , quam in earum prophanatores quandoque exarſiſſe ſcimus . De noſtra Patena Forocornelienſi, jam vidimus , aquam per eam immiſſam , indeque religioſe hauſtam eliminandis acrioribus febribus non ſemel conducere : rabidique Canis morſus , vulneri ſuperinfuſam , citò ſanare . Unde Dominicus Mita Forocornelienſis , eidem Patenæ formis æneis inciſæ , ſuæque Sancti Petri Chryſologi editioni præfixæ , hos verſus ſubdidit .

Chryſologi mira hæc Patina eſt , Myſte venerandi .

Quam

---

(107) Moris etiam fuit , Sacerdotes cum Sacerdotalibus indumentis ſepelire . Vide Mabillon. *Præfat. pag.* 117. *num.* 53. Amalarius Fortunatus *de Eccleſ. Offic. lib.* IV. *capit.* 1. XLI. de Beato Cuthberto Epiſcopo loquens , cui mortuo *Oblatam* ſuper pectus poſuerunt , ait pro *Oblata Calicem* intelligi debere . Nomine enim *Oblatæ* venit *Panis* ille parvulus uſui Eucharſtiæ addictus , ut habetur ex Iſone Magiſtro *de Miraculis S. Othmari lib.* 1. *capit.* 11.

Quam Patria in Templo Principe munus habet.
Hæc rabidi morſus Canis, exitiumque febrile
Hauſtu defuſa, credite, ſanat aqua.

De tribus Patenis Sancti Martini, quarum meminit Gregorius Turonenſis de Miraculis ejuſdem Sancti *lib.* 4. *capit.* x. hæc eadem memorantur: Si quis enim ex iis Patenis aquam hauriebat, à morbo levabatur. Idem Auctor de Gloria Martyrum narrat, cuidam Britannorum Comiti laxitudine pedum laboranti, quæ diu medicorum artem eluſerat, & medicamentorum opem irritam fecerat, neſcio quem ex Aulicis conſuluiſſe, ut ſi ex Vaſis Miniſterio Sacris addictis, unum quodlibet aſportari juberet, in eo pedes lavaturus, futurum inde, ut ſanitatem reciperet. Voti compos factus, & in Sacra Patena, ab dextris Altaris per vim erepta, pedes abluens, acriorem vim morbi impoſterum expertus fuit: ita Divino Numine Sacrorum Vaſorum abuſum ulciſcente. Verba Gregorii exſcribit Georgius in libro

de Liturgia Pontificis *pag. lxvii.* ubi de Sacro Miniſterio.

Ex iis edocti Nos, qui Sacris Altaribus adſtamus, enixè Deum precemur oportet, ut ſicut ad Sacra Vaſa pertractanda lotis manibus accedimus; ita mundo, puroque corde Sanctiſſimum Christi Corpus in eis conficiamus.

FINIS.

INDEX
RERUM NOTABILIUM.

Litera N. Notas indicat.

A

ABela Urbs Campaniæ prope Nolam 33. N.
Acolytorum munus Oblatas deferre 16. 25. *Item Fermenti partes ad Titulos* 53.
Actorum SS. Felicitatis & Perpetuæ locus explicatus 163. N.
Aer Græcorum quid ſignificet 271.
Ædiculæ ſuper Tumulos, earumque varia Nomina 85. N.
Ægyptius Matthæus laudatur 179. 235. 237. *ejuſdem opinio de ſiglis Patenæ Forocornelienſis* 275.
Agathenſis Concilii Canon explicatur 275. N.
Agni in veterum Picturis Fideles ſignificant 161.
Agnus Chriſtus dicitur 167. *ejuſdem Figura in Calicibus, ac Patenis* 167.
Agnus Dei canere mos vetus in Eccleſia 15. N.

De

De Alteriis D. Cyrus laudatur 175.

Altopaſſi Equites T litera ſignabantur 182. *N.*

Sancti Ambroſii locus male a Baronio tentatus 42. *Antiqua lectio defenditur*, & *explicatur* 43. *N.*

Amen: gratias agendi formula 164. *N. Amen reſpondendi in ſacris Officiis mos vetuſtiſſimus* 165. *N.*

Angeli à Nuce opinio refellitur 96. *N.*

Anglorum conſuetudines ab Gentilibus deſumptæ 113.

Antepanna quæ 261.

Antimenſia quæ 260. *Græcis vice Altarium portatilium* Ibid. *Quomodo fierent* 261. *Cur ita dicta* Ibid. *Literis in fimbriis ornabantur* 263.

Antipenton opus quid 153. *N.*

Apoſtolorum imagines in Patenis obviæ 155.

Arca Dei cur venerata 208.

Arcani myſterium duplici ratione procedebat 88.

Aſſamanus laudatus, & *ejuſdem de Siglis Patenæ Forocorn. opinio* 239.

Alpha & Ω *in Patena Forocorn.* 178.

B

B*Accho cur cornua ſacra fuerint* 112.

Bagnoli Comes Franc. Joſeph. laudatur 253.

Bartholinus de uſu Calicum Corneorum apud Danos expenditur 110.
Baſnagii Jacobi opinio de Chriſti Monogrammate refellitur 183.
Baſnagius Samuel de cultu SS. Imaginum confutatur 201.
De Berlendis Cl. Regul. laudatur 43.
Berno de Offic. Miſſ. emendatur 59.
Bianchi F. Joann. Antonius laudatur 240. *ejuſdem de Siglis Paten. Foroc. opinio* Ibid.
Bocquillotii Lazari Andreæ expoſitio Ord. Rom. 13. *Ejuſdem opinio de* Offertorio *expenditur* 104.
Bona Card. opinio de vitreis Calicibus 136.
Bonifacii Epiſcopi Moguntini dicterium 119. *& in N.*
Brentii error de S. Crucis veneratione refellitur 195.
Bullæ aureæ ornamentum veſtium Romanorum 244. *Aſſutæ in limbis veſtium* 251. *& in opertoriis Altarium* 252. *Quid apud Gentiles ſignificarent* 253.

C

CAlices Baptiſmi 7.
Calices tres in Liturgia Pontificis 35.
Calices 81. *Cornei* 109. *Eorum uſus in Eccleſiis exploditur* Ibid. *Lignei* 216. *An numquam*

quam in Eccleſia adhibiti 120. & ſeqq. *Stannei* 132. *Vitrei* 135. *Eorum uſus quouſque duraverit* 148. *Aurei* 150.
Calix minor 34.
Calix Miniſterialis, ſive Scyphus 44.
Calix vitreus Cœnobii Roſſanenſis 144.
Caniſtrum, Græcis πινάκιον, *quod* 78. *N.* 107.
Capſa vas ad ſervandam Euchariſtiam 88.
Carafa Petrus Maria Barenſis Prior laudatur 155.
Catechumeni an Eulogiarum participes 101. *N.*
Cherubim Arcæ an Figuris à Deo vetitis accenſendi 213. *Cur non reputati Imagines* Ibid.
Chryſoſtomus explicatus 87.
Chriſtus è monumento ſurgens in Patena Barenſi 156.
Chriſmale quid 45. & in N.
Ciborium quid 83. *Pro Poculo* 84. *N. Ejus myſtica ſignificatio* 85. *N.*
Ciborium ſuper Tumulos 84. 85. *N.*
Ciborium quandoque pro Sepulcro 271.
Circumitiones in ſacrificiis Gentilium unde 253.
Clavi in veſtibus Romanorum qui fuerint 244.
Clementis Alexandrini locus explicatus 219. 220.
Cola, eorum uſus 77.

Colobarſianorum hæreſis unde 180. *N.*
Columbæ ſupra Altare 86. 209.
Communio vox duplicis ſignificationis 27.
Communio quotidiana quouſque duraverit 94.
Communicale quod 71.
Concilii Cæſarauguſtani Can. 111. *contra Priſcillianiſtas explicatur* 38. *N.*
Concilium Calchutenſe ubi habitum 115. *N. ejuſdem Canon. explicatus* 113.
Concilii Turonenſis Canon explicatus 85.
Concilii Illiberitani Canon 36. *declaratur* 218.
Coronæ Oblationis quæ 10.
Corporale quid myſtice ſignificet 52.
Cruces in pavimentis depingere vetitum 171. *Cur antiquitus ſine Crucifixi imagine* 173.
Cruces Coronatæ 174. & in *N.*
Crucifixi Imagines velo conveſtitæ 175. & in *N.*
Crux in Patena Forocorn. 171.
Crux in Altari pendebat 172.
Crux antiquitus venerata contra Brentium 195.
Cypriani locus in Vita S. Cæſarii expenditur 141. & 142.

D

D*iaconi è Calice Minori in Calicem Miniſterialem conſecratum vinum infundebant*

debant 44. N. Fermenti particulas ad Titulos deferebant 51.

Diaconorum munus frangere Oblata 16. Panem & Vinum conſecratum Fidelibus diſtribuere 41. Id eis quoad panem vetitum Ibid.

Dignus: acclamationis formula 79. N.

Diſcocalimma quid 8.

Diſcus Græcorum Patenis noſtris ſimilis 33.

Du-Vert notatus 18. N.

E

ENcauſtici uſus antiquior 136.

S. Epiphanii locus explicatus 9. N.

Ervetus Gentianus notatus 261.

Eſcaritæ quæ 49. N.

Eſcarulæ Mulieres cur ſic dictæ 49. N.

Euchariſtia vocabatur Sancta 20. N. Pontifici celebraturo uſque ad Sæcul. xiv. præferri ſolita 10. N.

Euchariſtia quanta cura antiquitus cuſtodita 67, 91. Pro infirmis ſervata 99. Viaticum cur dicta 96. N. Ab Eulogiis diverſa 99.

Euchariſtiam itinerantes, vel transfretantes ſecum deferre conſueverant Veteres 37. N. Cur ritus hic deſierit 38. N.

Eulogiæ ab Euchariſtia diverſæ 99 Quibuſnæ diſtribuerentur 101. deferebantur Infirmis Ibid.

Evan-

Evangeliorum Codex in ſumma reverentia habitus 32. *N.*

S. Exuperius 117.

F

F*Ermentum quid juxta Vener. Thomaſium* 55. *N.*

Fermenti Particula ad Titulos Miſſæ 51.

Figuræ symbolicæ in Patenis & Calicibus 222. *Cur nonnullæ illarum tantum, a priſcis Fidelibus venerarentur* 227.

Figura Boni Paſtoris in ſacris vaſis an in venerationem olim habita 201. 210.

Figuræ in ſacris vaſis num è numero Sacrarum Imaginum ſint rejiciendæ 203.

Flabella in ſacris myſteriis cui uſui 79. 80.

Formulæ dedicationis Patenarum 265. & ſeq.

Fradæ quæ 85.

Frequentia Communicantium 26. 27.

G

G*Abatum vaſis genus* 102, 103. *N.*

Gamma græcum in veſte S. Agnetis quid ſignificet 257. *In aliis Muſivis item* 259.

Georgi Dominicus laudatur 30.

H

H *in limbo veſtis S. Agnetis quid ſignificet* 257. *In aliis Muſivis item* 258.

Ha-

Hebrais qua notione vetitæ eſſent Imagines 214.
Honorati Maſſilienſis locus explicatus 133.
Hoſpinianus mendacii evincitur 289.
Hoſtiæ minutulæ quando uſui eſſe cœperunt 98.
Hoſtiæ in conſecratione Epiſcoporum, Sacerdotum, & Virginum in plures dies ſervabantur 50.
Hoſtiis ad ſacrificium deſtinatis literas obſignare vetitum 47. N.
Humana forma depicta in Eccleſiis tempore Baſilii, & Paulini 221.

I

ILion quid 52. N.
Illiberitani Concilii Canon explicatus 218.
Imagines ſacras immodeſte pingendi abuſus redarguitur 177.
Imaginum Sacrarum Cultus qua ratione procedit 178.
Inſcriptiones in ſacris vaſis 226. In Calicibus 227.

L

LActantii locus tentatus 11. N.
La Lupus obſidianus unde dictus 138. N.
Literæ in veſtibus Apoſtolorum quid ſignificent 254.
Literis initialibus ad alicujus rei ſignificationem

nem utebantur Antiqui 187.
Literas L L L in Patena Forocorn. quomodo explicet Abbas Patritius 251. Explicatio Auctoris 254. 258.

M

MAgiſa, ſeu Magida qua 6.
Manſius Joann. Dominicus laudatus, & ejuſdem de ſiglis Patenæ Forocorn. opinio 238.
Marcheſius R. P. D. Annibal laudatur 4.
Margelia quæ 262.
Maſtrillus Felix Maria Nolanus laudatus 249.
Matroneus quid 59.
Mazocchius D. Alexius Symmachus laudatus, & ejuſdem de ſiglis Patenæ Forocorn. judicium 237.
Meandrorum origo inquiritur 244. Cur ita dicti 246. In ſacris veſtibus uſitati 247. Plurimi in vaſis etruſcis, vel Campanis 249. An ſemper eandem formam retineant 232.
Meride μερίδες quæ 72. N.
Metanoea quæ 68. N.
Micrologus notatus 14.
Miniſterium quid 36. N.
Miſſæ privatæ olim in Eccleſia 93. N.

Miracula in Patenis patrata 278.

Monialibus vaſa ſacra tractare vetitum 276.

Monogramma Chriſti 179. *Etiam ante Conſtantini ævum* 180. *Occurrit etiam in* Gentilium nummis 184. *Quid apud eos ſignificet* 187. *Quid item in Sepulchris Chriſtianorum* 189. 193. *An ſemper nota Martyrii* 191. *Quomodo legendum ſit* 193.

Monogramma Nominis B. V. Mariæ Matris Dei 183. *Falſa cujuſdam Scriptoris Gallici interpretatio* Ibid.

N

N*Avigantium Collo ſuſpendebantur Patenæ* 277. *Mortuis item* 272.

Ne quid excidat. *Formula in ſacra Liturgia* 81.

Nebulæ 48. 49. *N. V.* Oblatæ.

A Nuce Angeli Etymologia nominis Viatici improbatur 96.

Notæ variæ, quæ ferro candenti in Hoſtiis imprimebantur 47. *N.*

O

O*Blatæ rotundæ* 11. 14. *N. Ad communem uſum factæ* 30. *N. Syri eas variis laterculis diſtinguebant* 49. *Velo operiebantur* 52.

Obla-

Oblationes in Miſſa 54.
Offertorium 44. 103. & ſeqq.
Oleum cum aqua recens Baptizatis datum 267. N. *Vinum*, & *mel item* Ibid. N.
Orbiculi, vel globuli in veſtibus, & in imaginibus Gentilium divinitatis nota 253.
Orgya Antiquorum 128. N.
Oſculandi ſe invicem in Eccleſia mos 58. 59. *Quouſque duraverit* 62. N.

P

P*Aciaudi D.* Paulus *Cl.Reg. laudatus* 155. 240. *Et ejuſdem de ſiglis* Patenæ *Forocorn. opinio* 229.
Pacis *oſculum in Miſſæ ſacrificio* 60. N.
Panes *ad inſtar* Coronæ *Romanis diſtributio* 11.
Panes *integri olim offerebantur* 23. 46.
Panis *ad Euchariſtiam deſtinati conficiendi cura* 75.
Particulæ *Hoſtiarum in ritu Mozarabo quomodo dictæ* 72. N.
Particulæ *Oblatarum ab* Pontifice *in Calicem immiſſæ* 18. 20. N.
Particulæ Euchariſticæ Pueris *diſtributæ* 73. N.
Paſtor *bonus in ſacris vaſis depictus* 156. *Ex eo ſacrarum Imaginum uſus eruitur* 201. & 205.

Paſtoris nomen cur Chriſto tribuitur 160. N.

Patenæ nomen unde 8. *Patenæ Chriſmales* 7. *Patenarum forma* 9. *Miniſteriales & Sacerdotales* 12. *Patenæ tres in Liturgia Pontificis* 16.

Patena frangendis oblatis deſtinata 19. 23. *Conficiendo Chriſti corpore* 40. *Calicibus pro operculo eſſe* 51. *Particulis quæ ſupererant, ſervandis* 53. *Ad Pacis oſculum olim adhibita* 58. 123. *Et ad deferendas Eulogias Infirmis* 101.

Patenæ Miniſteriales capaciores 26. 29. *Ad ornatum Eccleſiarum appoſitæ* 29. *Sacerdotales minores* 33. *Patenulæ dictæ* 34. *Vel Patenæ Calicis* 39. *Tot Oblatas capiebant, quot communicaturis ſatis eſſent* 50.

Patenarum Miniſterialium uſus cur ceſſaverit 62. 93.

Patena Cornea 109. *Lignea* 116. *Vitrea* 133. *Aurea* 150.

Patenae quid ſignificent 270. *Et ſub Corporali abſconditae quid aliud* 272. *Qua veneratione & reverentia habitae* 273. *Patenae ſuſpenſae collo navigantium* 277. *Mortuorum etiam* Ibid.

Patenae benedicendi Formulae 265.

Patera Abellenſis deſcribitur 241. *Cui uſui fortaſſe fuerit* 242.

Pa-

Patera Etruſca apud Auctorem 243.

Paterae apud Gentiles *conſecrabantur* 264.
Et *uni tantum* N*umini in ſacrificiis ſerviebant* Ibid.

Paulus Diaconus explicatus 84. *N.*

Periſtorium 83.

Picturae in Eccleſiis apud Veteres cur 223.

Picturae in Patenis 155.

Phinobolium genus inſtrumenti ignotum 49. *N.*

Pixides eburneae 131. *Velis intrinſecus obductae* 132. *N.*

Pœnitentia inflictae iis, qui Sanguinis & Corporis Chriſti cuſtodiam negligebant 69. 90.

Pocula cur cornua dicta 112.

Pocula reticulata 146.

Pocula literata 226.

Pontifici celebraturo Hoſtia conſecrata praeferebatur 21. *N.*

☧ *Quid ſignificet in* Gentilium *monumentis* 185. *Num ſignum Martyrii* 191. *Quomodo legendum* 195.

R

DEl Re *Abbas Monaſterii Marcianenſis prope Nolam laudatur* 240.

In Reliquiis SS. *agnoſcendis veterum credulitas* 191. 199. *N.*

Remenſe Concilium ſuppoſititium 130.

Reve-

Revelationes in antiqua Eccleſia frequentiores 165.
Ripidia quae 79.
Rotunda figura in oblatis quid ſignificet 11. 146.

S

Σ, *vel* H *in veſte S. Agnetis* 257.
Sabanum quid 125.
Sacerdotes non quotidie ſacra faciebant 26. N. *Cur lignei dicti* 119. *Baculoſi* 122. *Balutii opinio laudatur* 121.
Sacerdotes Sacerdotalibus induti veſtimentis ſepeliebantur 278.
Sacci Oblationum 16. 17.
Salmaſii error 100. N.
Sanguinis Dominici effuſio qua cura cavebatur 67.
Sarcophaga ſolo Chriſiſmo notata, nec aperiuntur 190.
Scaliger erroris arguitur 218.
Scevophilax officium Eccleſiaſt. Graecorum 276. N.
Secretarium quid 36. N.
Sextae Synodi Canon 82. *explicatur* 169.
Siglae in Patena Forocornelienſi, an literae ſint 228. & ſeqq. 251. & ſeqq. L L L *in ea quid ſibi velint* 259. *Siglarum uſus apud Veteres* 186.

Sirmundus notatus 30. *N.*
Spanoclauſtum opus quid 153. *N.*
SPINELLI *Joſeph S. R. E. Cardinalis laudatur* 183. 239.
Spiritus S. ſub ſpecie Columbae in Altari 209.
Sticarion quid 247.
Strabonis Interpres emendatus 33. *N.*
Subdiaconis ſacra vaſa contingere an vetitum 275. & *in N.*
Suppoſitoria quae 70. *N.*
Syri oblatas variis laterculis distinguebant 49.

T

T *Litera* 18. *N. Cur hujuſmodi litera ſignentur Canonici Regulares in Galliis* 181. *N. Quem numerum deſignet* 257.
Tabellae ad pacem adhibitae quomodo vocatae 61. *N.*
Tabulae Altaris quae 70. *N.*
Tecnon ſalutationis genus 163. *N.*
Theoli Sacrar. Literarum Romae Profeſſor de Siglis Patenae opinio 289.
Theodolus Presbyter diverſus ab Auctore Eclogarum 5.
Tertulliani locus an de vitreis Calicibus explicandus 136. *Alter de Bono Paſtore in Calicibus* 157. & 211.

Temeſii

Tomaſii Ven. Card. opinio de Fermento 55.
Tranſubſtantiationis dogma firmatur 90. 97.
Turris, Turricula ad ſervandam Eucbariſtiam 58 81. 84. N.

V

V *Pro T poſita* 180.
Valletta Franciſcus laudatur 250.
Vaſa ſacra Africanis in honore babita 233.
Vaſa ſacra ignota Gentilibus 216.
Veſtes hiſtoriis Evangeliorum depictae improbantur 249.
Vitra colorata 137. *Imaginata* 178.
Urſinus Fulvius emendatur 194.
Uva olim in Altari oblata 242. *In Calice liquata* Ibid.

Z

Z *Ephyrini conſtitutum explicatur* 24. 118.

X

X *Litera in muſivis quid ſignificet* 261.

CORRIGENDA.

Pag. 3. lin. 27. *obſtretices*, *obſtetricias*. Pag. 87. lin. 17. *operiendum*, *aperiendum*. Pag. 88. lin. 5. *Cappa*, *Cuppa*. Ibid. lin. 19. *aperiebantur*, *operiebantur*. Pag. 93. lin. 8. in N. *Lediolanenſi*, *Mediolanenſi*. Pag. 96. lin. 11. in N. *Tropiani*, *Trapani*. Pag. 145. *detrabebatur*, *detrabebantur*. Pag. 157. lin. 15. *Gregori*, *Cl. Georgi*.

